






3.6.497

A



HERMANNI CONGII  
DE  
NUMMIS EBRAEORUM  
PARADOXA.  
Accesserunt ejusdem  
DE REPUBLICA EBRAEORVM  
EXERCITATIO ACADEMICA,  
ac  
DE INITIO ANNI SABBATICI  
ET TEMPORE MESSIS  
EBRAEORVM  
COMMENTARIOLVS.



HELMESTADII,  
Typis & Sumptibus HENRICI DAVIDIS MÜLLERI  
ACAD. JULIAE TYPOGRAPHI  
Anno c 1510 LXXV.  
Cum privilegio perpetuiss.

*SUMMA PRIVILEGIORVM.*

Cautum est interregni tempore Privilegiis Serenissimorum Potentissimorumque S.R.I. Vicariorum Principum, ne quis libros Hermanni Conringij curâ scriptos vel editos, citra ejus heredumque consensum, unquam vel in primat, vel alibi impressos divendat: pœna delinquentibus dicta omnium eiusmodi librorum amissionis, & solutionis decem marcarum auri. Prout latius definitur ipsamet Privilegiorum tabula.

2.6.447

II.

SERENISSIMI PRINCIPIS  
AC DOMINI

D. ANTONII VLRICI,  
DVCIS BRUNSVICENS. ET LY-  
NEBVRGENS. &c.  
DOMINI SVI CLEMENTISSIMI  
FILIO PRIMOGENITO

D. AVGVSTO FRI-  
DERICO  
SUMMÆ EXSPECTATIONIS  
PRINCIPI

FELICIA OMNIA

ANIMO DEVOTO  
APPRECATVR

HERMAN. CONRINGIUS.

**M**agno agna felicitas juveni contingit, si claro  
sit natus genere: major, si animi, corpo-  
ris, & rerum dotes illum instruxerint:  
maxima, si ad virtutem, atq; ad illud vi-  
tae genus, quod jam adulstus posthac obibit, probe  
educatus fuerit. Nihil horum Tibi defit, PRINCEPS  
OPTIME: omnium est affatim. Natus quippe  
es isthac domo, quæ Ducalis dignitatis vetustate  
nulli in universa Europa est secunda, Cæsarum ad-  
hoc Regumque sanguine subinde nutrita fuit. Quæ  
proinde maiores agnatosque Tibi plurimos dedit,  
pacis simul bellique artibus illustrissimos, & gesta-  
rum toga sagisque rerum magnitudine in exem-  
plum quod imitare clarissimos Duces: acre ad o-  
minem virtutem calcar. Rerum ea suppetit co-  
pia quæ tanto generi par est, ad magna quævis idoneum  
satis instrumentum. Corporis illa forma,  
qualem Græci laudavere,  $\ddot{\alpha}\ddot{\xi}\dot{\tau}\alpha\tau\mu\gamma\eta\ddot{\nu}\ddot{\delta}\ddot{\omega}$ :  
eaque sanitas, quæ magni ævi inusitatam vitæ diu-  
turnitatem pollicetur. Animi cum primis dotes il-  
las natura ipsa liberali manu largita est, ut liquido  
jam tum appareat, destinatum Te à Deo prius etiam  
quam nascerere ad ingens aliquod fastigium. Sa-  
piente postremo Serenissimi Parentis ductu, à teneris  
ad,

ad pietatem , prudentiæque civilis studia uni-  
versa ita es institutus, ut jam octavo decimo hoc  
ætatis anno ipsiusmet Augusti Imperatoris  
LEOPOLDI, magni utique & acris ingenio-  
rum virtutumque æstimatoris , calculo dignus  
sis judicatus, cuius imperio integra legio concre-  
deretur. Deus Te servet, PRINCEPS, ut pacis  
bellique artibus pergas eminere, atque ad ma-  
jorum gloriam aslurgere; imo ut illos omnes  
quamvis maximos possis aliquando virtute fe-  
licitateque superare. Etiam hoc enim fas est, nec  
illis fiet ægre ferentibus. Haud equidem dubi-  
to, votum illud meum non futurum irritum; ne  
sim vero aliquando tantæ Tuæ spectator fortunæ,  
prohibebit fortassis ætas jam tum septuagenario  
proxima. Quamdiu tamen vixero, non desinam  
Deo Te & res Tuas commendare, imo pro virili,  
ceu haec tenus, fideli consilio atque opera Tibi in-  
servire. Illius autem mei animi publicam artham  
equidem cupio esse hosce libellos: quos nunc adeo  
perfeci, dum Tu, PRINCEPS OPTIME, ex  
Italico itinere redux Serenissimos Parentes pro-  
pediem invisere habes propositum , & heic  
locorum tenero omnium desiderio exspectaris.

Quamvis enim jam arma tractes, etiam chartacea tamen scio nequaquam te imposterum deditgaturum; quia abunde satis novisti, armis quoque ipsis literas esse longe & utiliores in publicum & suaviores. Et vero haud dubie obver-  
satur animo Tuo saltim Avi & Parentis sacro-  
sancta veneratio: quorum uterque maximam  
voluptatem ex libris hausit, imo etiam ipsi præ-  
clara ingenii sui monumenta orbi ac posteritati  
tradiderunt: ne nunc quidem agere hoc desinit  
Pater, Avus adhoc vere Augustā condita Biblio-  
theca immortale sibi & exemplo carens no-  
men comparavit. Cæterum & argumentum  
hujus operis cura Principali haud indignum esse  
arbitror; Tibi certe, PRINCEPS, non posse  
ingratum esse. Enimvero primus ejus libellus,  
agens de *Nummis Ebraeorum*, saltim studium  
Antiquariæ rei, quo in exemplum Serenissimi  
Parentis jam tum puer afficiebaris, poterit de-  
lectare. Etiam nimirum magnam satis veterum  
omnis generis nummorum vim collegit Parens,  
eaque καιμηλιαίεχιον suum, perinde atq; thesau-  
ris aliis, ut est φιλόκαλΘ, exornavit. Cum autem  
Italiam omnem nuper, non proletaria ratione  
sed

sed usq[ue] adeo exacta diligentia volueris lustrare,  
ut meo etiam in id consilio uti placuerit, non  
equidem dubito, pr[et]er alia, sacra cum primis ac  
civilia, naturae item atq[ue] artis opera, nummorum  
quoque veterum thecas, quales Roma pr[es]er-  
tim & Florentia habet ditissimas, justa atten-  
tione Tibi spectatas esse: imo & Vindabonae  
visam abs Te Cæsaream id genus gazam incom-  
parabilem. Igitur cum Cæsares Reges Princi-  
pes, inque his ipse Serenissimus Parens, hoc li-  
berale atque ingenuum studii genus noluerint ab-  
fese alienum esse, non equidem dubito, cum an-  
nis etiam Tibi, PRINCEPS, creuisse aliquam  
hujus quoque rei a[m]ulationem; ac proinde neu-  
tiquam infra Celsitudinis Tuæ curam hasce quo-  
que meas de Ebraeorum' vetustissimis nummis  
meditationes existimaturn iri. Alterum *de Ebraeo-*  
*rum republica* libellum non ingratum fore, vel  
sola pietas Tua & Sacrae Scripturæ à puero culta  
veneratio, credere me jubent. Etsi enim non  
intersit salutis æternæ comparandæ, reipublicæ  
illius formam statumque pernovisse; ad melio-  
rem tamen veteris divini fœderis monumento-  
rum intelligentiam plurimum adjuvat; saltim  
dele-

delectabit proinde animum Sacri codicis studiorum. Et vero, quod pium peccatum non afficiat cognovisse: ipsummet Optimum Maximum Numerum ab initio usque Regio more & condidisse Ebraorum rem publicam & administrasse, donec insano populo placuit ex humano genere Reges sibi petere; illorum quam multos vero & heriliter imperasse, & seduxisse populū partim exemplo partim vi ab unitate Dei recto cultu & legibus in de monum idolorumque adorationem? Hoc omne autem, contra vulgi sententiam, probavi ego non vanis, quantum arbitror, argumentis isthac meo libello. Quidni vero, PRINCEPS, divinam hanc rem publicam velis novisse, cum omnium hujus orbis rerum publicarum notitiam magno studio Tibi comparaveris? Quæ ultimo loco ac Anni Sabatici initio *E' Messia Ebraorum tempore* disseui, non eadem se se utilitate commendare quidem idonea sunt; faciunt tamen & illa ad quamplurium quæ Sacro codice continentur rectiorem explicationem. Non etiam infra dignitatem est Principum, aut belli imperatorum, sementis & messis tempora novisse. Imo vero, teste Plinio, *suit quondam apud exterros sive non Romanos, Princi-*

Principale, de cultura agri præcipere: Siquidem  
Reges id fecere, Hiero, Philometor, Attalus,  
Archelaus, & Duces Xenophon & Pœnus etiam  
Mago: apud Romanos autem magni utique  
fuere dices Catō & Varro, quorum de re rustica  
libri etiam nunc superant, & quod ex Romanæ  
gentis historia pridem didicisti, PRINCEPS,  
ab avaratis quondam & raftris Senatores Consules  
Diclutores accersiti sunt. Quandoquidem vero  
hæc eorum quæ volumine hoc continentur ar-  
gumenta sunt, audeo equidem mihi jam tum pol-  
liceri, benignis Te oculis excepturum mea isthæc  
omnia. Quin imo, quantum mihi perspecta  
jamdudum est Tua, PRINCEPS, singularis  
morum suavitas, erga me autem cum primis  
magna benevolentia, penitus mihi est persuasum,  
quamvis leviora hæc fuerint, accepta ta-  
men futura, quoniam veniunt ab illo animo,  
qui multos jam annos fidele obsequium Sere-  
nissimæ domui universæ, & seorsim æternæ me-  
moriæ atque incomparabili Avo, consiliis &  
opera comprobavit. Ea sane & coram & per  
literas absens documenta Principalis Tui erga  
me meosque affectus jam præbuisti, ut sequius  
): ( ) : ( quid

quid suspicari fuerit nefas. Ideoque de gratia  
quidem Tua securus, Deum duntaxat, ceu feci  
haec tenus, venerabor, ut quem patriæ bono ma-  
gnis quondam rebus gerendis & nasci & haec te-  
nus educari fecit, coelesti auxilio suo protegat por-  
ro in Nestorem Avi usq; senectutem. Helm-  
stadii in Academia Julia Anno cīc lō c lxxv  
die xxiv Augusti mensis: quem natalem Tuum  
decimum nonum faustum felicemque velit ju-  
beat Optimus Maximus Deus.

HERMAN.

HERMAN. CONRINGIVS

Benevolo Lectori

S. P. D.

**E**xhibeo hoc volumine libellos tres, argumenti ejusdem si Ebraos veteres species, quorum de rebus agitur, reliqua autem multum diversos. *P R I-  
M V S* circa nummos versatur Ebraeorum; sed non ex sententia eorum qui hactenus occupaverant hunc locum, quamvis magna doctrina pariter atque industria. Occasionem scribendi jam tum primo ac secundo capitibus ita proposui, ut liqueat, nisi fallor, etiam necessitate quadam me hac adductum; ne videar scilicet scientiam jactasse qua recapte mihi defuerit. An sat firmis rationibus subnixus à tria via discesserim, judicandum aliis id qui possunt relinquo; non omnino vanis me isthuc compulsum, fueram pridem professus, saltim id scio nunc abs me esse dictum. Prater omnem vero exspectationem jam tum typis excuso hoc libello incidi forte fortuna in nonnulla, que si vera sint omnem ego in conficiendo isthuc scriptio operam perdidisse. Quamvis

vis enim nūnmos illos qui Assyriis literis & huma-  
na effigie sunt insigniti etiam ipse met improbassem,  
illos tamen qui Samaritanos characteres habent in-  
scriptos tantum non omnes agnoveram esse genui-  
nos ; neque hactenus videram quempiam , qui non  
idem mecum statuisset. Inspiciendum videlicet  
mibi concessit amicus doctrina & candore plane  
eximius Gerhardus Titius, Theologus hodie Academia  
nostra primarius & longe eruditissimus, praeclarum  
sane volumen, quo proximo anno edito suis in Ebraea  
aliaque varia doctrina insignes progressus orbi lite-  
rato ostendit Joannes Christophorus Wagenseilium:  
completior autem librum illum Mischnicum de  
Vxore adulterii suspecta, cui Sotā nomen, à viro  
illo praestante, una cum libri En Jacob Excerptis Ge-  
maricis Ebraice Latineque editum ; ac perpetuo  
doctissimoq; commentario illustratum. In illis autem  
Annotatis p. 575 non dubitavit Clarissimus Auctor  
profiteri, verosimile sibi videri, non extare ullam am-  
plius, veræ antiquitatis Ebraeorum monētam, us-  
quam gentium, sed omnem omnino pridē per-  
isse funditus. Reapce autem non duntaxat verosi-  
mile id ipsi videri, sed omnino certum, satis indicavit  
iis quæ subjungit verbis : Provocamus ad judicium  
universorum , qui veterem & genuinam à nova,  
atque

atque ad similitudinem ejus efficta valent distinguere, & multis evidentissimisque signis probatum dabunt, omnes qui vulgo circumferuntur, sive Siclos, sive alterius notæ nummos Judaicos, opus recens & κακὸς κόμματα esse. Sufficit unum hic, cum omnibus aliis in eo eruditio[n]is genere palam facili p[re]cipiat laudare, p[re]stantissimum clarissimumque virorum Carolum Patinum. Hic vir eximius & Antiquitatum promus condus, istud magna asseveratione nobis confirmavit: non reperire se in omnibus illis gazis Nummum Ebraicum, qui fidem male ambulantem potuisse obtegere. Solum ajebat, famam esse, in Scorialensi Basilica, superfuisse aliquem vere antiquum, à Carolo V Imperatore olim in cimeliis habitum, at non constare sibi, num incendium, quo anno p[re]terito stupenda fabrica conflagravit, evaserit. Enimvero, fortasse si & hunc vir solertissimus oculis usurpareret, continuo deprehensurus erat, ejusdem ac cæteros illum valoris esse. Nam & Regibus frequenter accidere potest, ut, quod ait ille, pluribus veris denariis unus adulterinus ipsis ematur. Hac ille. Post alia autem nonnulla interjecta, multis oppugnat nummos illos qui adscribi vulgo solent, alter Abrahamo, alter Davidi, quorum ectypos

ipse dederat spectandos. Pagina 578 conjecturam suam depromit de nummorum horum origine. A Judais nempe effictos & credulis Christianis esse venditos, ex quo tempore in Palastinam à Christianis religiosa peregrinationes sunt instituta. Deniq; explodit nummos qui Salvatoris nostri imaginem exhibent.

Verum enim vero, negotiis nummorum Abrahāni, Davidis, & Salvatoris nostri, jam tum etiam nos demonstravimus. Non etiam negamus, Siclos aliosque nonnullos Ebraicis characteribus inscriptos nummos à falsaria esse Iudaorum manu: quosdam tamen potius impostoribus Christiani nominis ferendos acceptos, itidem jam probavimus. Omnes vero in universum, etiam Samaritanis literis insignitos, à Judais effictos esse, nihil omnino habet verisimilitudinis. Ecce adverso nempe pauci Iudaorum Samaritanam scripturam uel legere possunt. Saltim plarique igitur extra culpa sunt suspicionem. Quid contigerit sibi in Palastina, is qui primus omnium Siculum ejusmodi memoravit Moses Nachmanides Gerundensis, jam ante quingentos circiter annos non dissimulavit. Narratio ipsius Latine sic versus est. Benedixit mihi Deus hucusque, quod dignus habitus fui, & perveni Acho (est Ptolomais Tyro vicina) & inveni in manu scumum terræ illius monetam

netam. Et ostenderunt scripturam Cuthæis, qui statim legerunt eam. Nam scriptura erat Ebræa, quæ relicta fuit Cuthæis. *Alii idem narrant.* Ne temere etiam tale quid de Judais suspicemur, jubet odium quo prosequuntur illi Samaritana omnia. Eadē vero de causa nec Samaritanī facile finixerint monetam profidentem Hierosolymitanā Urbis sanctitatem. In universum præterea ea pridem cum Judaorum sum Samaritanorum fuit ruditas, & rerum veterum imperitia, ut aeo Hasmonaorum attemperare nummos non potuerint. Taceo nunc, Samaritanis characteribus inscriptos nummos i: Christianorum notitiā sero admodū pervenisse, & quidem demum superiore seculo, longe citius autem versatos Iudeorū manibus, & habitos ab illis thesauri pretio. Hac omnia sanc vetant nos fraudem suspicari. Quem Carolus id nominis quintus Imperator in cimolis habuit, genuinus fuerit nec ne, incertum est. Quid ni enim & illi Optimo Casari potuerit imponi? Quia sane Hispanus Guevara de suis nummis Carolo probatis jaclat, deceptum fuisse Principem illum ab impostore istiboc, liquido ostendunt. Antonius Augustinus Vndecimo de Nummis antiquis dialogo, de Guevara ita scriptit interprete Andraa Schotto. Impressi ab eo nummi omnes falsi mihi quidem viden-

videntur: ut artem ostentaret in fictis historiis, auctoribus, nummis, & interpretationibus ex tempore adferendis. Imo puto, Carolum V Cæfarem nummos suos veteres minime illi, ut ad voluptatem jactat, ostendisse. *Vt magnates hac parte ab impostura sibi caveant, non permittit illorum ingenii candor occupationumque gravitas ac multitudine.* Lepidum est quod de Paulo IV Pontifice idem Augustinus isthac ipso dialogo perhibet, ac proinde nec Wagenseilio haud dubie ingratum fuerit si etiam hic recitetur. Finixerunt, ait, Neronis nummum cum literis PETRVS GALILÆVS: quem nummum ingenti pretio Paulo IV Pontifici impostores obtruserunt. Cuderant ipsi hinc quidem Neronis caput cum solitis titulis, in aversa autem parte S. Petri faciem, qualis in plumbis Bullarum ac Diplomatibus Pontificiorum spectatur: adscriptumque erat PETRVS GALILÆVS. Addebat repertum nummum juxta S. Petri Sacellum, S. Sylvestro sacrum. Hoc amplius, Pontificem S. Petro persimilem esse assertebant. *Tale quid quin potuerit E<sup>3</sup> Carolo Imperatori accidere, quis negaverit? At accidisse, ne Patinus quidem ausus est affirmare.* Itaque satius fuisset fortassis, nihil finistri post virum tantum suspicari. Et vero laudem  
maxi-

maximam deberi Patino ob præstantissimam numma-  
 ria rei veteris peritiam, omnino etiam ipse agnosco:  
 Scid autem simul, non agre laturum, si sibi saltim  
 Antonius Augustinus, imo si Ezechiel Spanhemius  
 componatur, uterque ejusdem doctrinae summatum  
 unus, & quibus itidem nihil non veterum nummo-  
 rum cum cura expensum jure dixeris. At vero ille  
 Siculum Samaritano charactere & laudavit &  
 pictum bis exhibuit dialogo secundo: hic præclari ope-  
 ris de Nummorum veterum præstantia & usu, idem  
 fecit Dissert. iv pag. 334 editionis Batavicae, plu-  
 resque id genus nummos Samariticis literis inscri-  
 ptos, & cum aliis etiam symbolis, suppeditare Ci-  
 meliarchium Medicum, testatus est. Fortassis et-  
 iam elegantissimo Patino in animo fuerunt soli num-  
 mi isti, qui Ebraeos habent characteres inscriptos, quo-  
 niā bi κατ' ξοχω Ebrai audiunt: aut exacti sunt  
 isti quos vidit nummos, ad ævum illud quod solet iis  
 vulgo adscribi, Abraham in empe Josua Davidis aut  
 Salomonis: & verò haclenus me quoque habet con-  
 sentientem, neutiquam eos magna esse vetustatis.  
 Agnosco etiam, multos id genus nummorum supposi-  
 tios esse: atque adeo ipsum meum Samaritanis li-  
 teris inscriptum Siculum pridem fassus fui, e typum  
 esse non autem genuinum. Miror vero, non dubi-  
 ):( ):( ):(  
 tasse

difficile eximium Wagenseilium provocare ad universos genuina nummorum vetustatis arbitros, quum haec tenus quidem nemo illorum non diversum pronuncia verit, nec temere liceat futurum universorum consensum promittere. Velim sane, iam tum indicasset nobis vir praetans signa illa mentita antiquitatis, aut imposterum hac parte orbem literatum reddat solito cautiorem. Nec vero nobis exspectandum est divinum miraculum: quale non defuit olim Israëlitis ad prodendam adulteram uxorem. Evidem ingenue fateor, et si hoc antiquaria rei studium haud paucas mihi horas occupaverit, nec sine cura in eo fuerim versatus, non deprehendisse me tamen haec tenus quidpiam, quod in novam hanc sententiam me possit adducere. Imo vero, quum in quam multis illorum nummorum concurrant omnia omnino quae vetustatis genuina certa à viris doctissimis habentur indicia, nefas existimo novo illi placito adsentiri. Enim vero adiutor arbitror, potuisse imperitis seculis (qualia utique fuerint aliquot centenis annis) effungi nummos Samaritanis inscriptionibus insignitos, qui undeque respondeant rebus Ebraeorum; quales fuisse Hasmonaorum aeo, veterum indubitate fidei monumentis accepimus.

Quin licebit igitur etiam imposterum securos

nos esse de benigno futura tempestatis judicio; neque tuisimus operam quando de Ebraorum nummis suimus solliciti. Fortassis etiam mitigabitur aspera ipsa viri præstantissimi censura, re exactius expensa. Exspectabimus dantaxat judicia doctorum de nostris Paradoxis, de que iis qua in eorum defensionem hoc libello differuimus. Num alterumque bis additum cupimus. Etsi forte alii quidam nummi Ebrai fuerint ab Herode Magno ejusq; filio Archelao eudi iusti, Siclos tamen aut nullos, aut certe non ita signatos quales hactenus venere in manus, ab illis esse confectos, per videtur verosimile. Ratio qua id persuadeat hac est: quoniam ramulus amygdaliferus significat Summum Sacerdotium Aronis familia competens, nummi autem feriundi potestas juris est Summae potestatis civilis. At vero cum Hasmonais desit utrumque conjungi: itaque ex eo tempore reipublica ratio postularit, ut non amplius signarentur Sicli cum ramulo illo Aronico. De Herodis igitur Magni aut Archelai nummis hactenus nihil nobis est compertum. Quia post Archelaum Iudea a Romanis in provinciam fuit redacta, haud dubie E<sup>st</sup> Romani Cesaram nummi fuerunt traducti in usum. Et vero taleni fuisse nummum illum qui Domino nostro fuit monstratus a deceptoribus, notum

est ex Evangelica historiâ. Referunt eum alii tum  
Hottingerus, à Thalmudicis memorari & Siclos  
Neronianos. A Nerone autem Sicli nomine esse num-  
mos signatos, vix cui persuadeatur. Nec vero Thal-  
mudici sunt fide digni rerum ejusmodi testes. Forte  
enim Neronis denarios homines rudes Sicli cogno-  
mento honoraverunt. Quamvis diserte & Adria-  
ni & Trojani denarios à Thalmudicis esse memora-  
tos, idem Hottingerus testatus sit.

Quicquid hujus fuerit, & hac & totum libellum  
nostrum aquæ doctorum censura submittimus. Prius  
tamen quam hinc abeamus officii nostri esse duci-  
mus, monere, quod nunc demum observamus: nem-  
pe à praelarisimo Wagenseilio in Commentario  
ad Excerpta Gemara capitî primi Sota pag. 332.  
ad Excerpta item Gemara capitî septimi pag. 717  
landati ante voluminis, perquam docta & eximia  
esse in medium producta, de variis sententiis Ju-  
daicis circa preces quas solent etiam illi fundere  
in locis sepulchrorum, ut & que in capitî VIIIS 6  
Excerptis ipsis habentur de Calebo invocante animas  
avorum suorum. Habet vero etiam nonnulla de  
Angelorum & mortuorum invocatione Judais usi-  
tata Jos. Venoisin Theol. Judaic. I. i cap. v. Opera  
sane fuerit pretium jungere illa cum iis quæ nos dixi-  
mus sub finem undecimi capitî.

AL-

ALTER hujus voluminis liber est EXERCITATIO ACADEMICA DE REPUBLICA EBRÆORVM. Cum ante hosce viginti septem amplius annos Politicum Aristotelis opus auditoribus explicarem, quavis prabita occasione sabinde verba feci de Ebraorum republica, qualis illa fuerit cum ante tum post ex mortalium ordine constitutos Reges, usque ad dominatum & Assyriacum & Babylonicum. Cum primis autem latior de illa differendi campus mibi datus fuit, agenti de optima republica, de qua in Aristotelico lacero opere doceri non nihil captum libris septimo & octavo. Ostendi autem, contra quam vulgo creditur, summam reipublica potestatem semper fuisse penes unum: illum verum unum initio fuisse ipsummet Deum, deinceps humani sanguinis Reges: ac Deum quidem rexisse omnia in populi commodum, post autem mutasse illam divinam πατριάτειαν in δεσποτίαν id est herilem dominatum, siue Regni illud genus quod Aristoteli Barbaricum appellatur. Ad id autem persuadendum usus fui & in ictis Sacra Scriptura testimonis, & simul confutatione eorum quae vel a Flavio Josepho, vel a Talmudicis magistris, vel a recentioribus quoque nonnullis, sequius sunt prodita. Ostendi praeterea, divino beneficio obtigisse genti Israelitica re-

gionem, plane ex voto aptam ad vitam vere beatam  
in hinc terris degendam: qua nempe consistit in vir-  
tutis exercitio met' aut preceas: ingenium autem po-  
puli non fuisse undequaq; optimum, atque adeo hac te-  
nus non potuisse civitatem condi omni ex parte per-  
fectam, propter illam nempe civium oxlegxepias:  
quantum tamen permisit gentis xaxoñea, iis le-  
gibus à Deo omnia fuisse composita, ut et se non ex  
voto optimam, tamen optima proximam civilem vi-  
tam, licuerit in republica illa, originariis saltim civi-  
bus, sive posteritati Israëlis, sine difficultate impe-  
trare, aliis vero, prosclytis nempe, sic satis commo-  
de vivere. Et verò aliarum rerum publicarum in-  
stituta, ne Romanis quidem exceptis, composita cum  
sint vel ad regentium felicitatem primariò, ad populi  
autem non nisi secundariò, ut & vel ad divitiias con-  
quirendas, vel ad amplam parandam potentiam,  
vel etiam ad voluptates; demonstravi ego, longe  
aliam esse divinarum legum rationem, spectare eas  
populi utilitatem primò ac per se, non promiscue  
tamen & equaliter omnis sed potissimum ejus, qua  
originem suam masculam debebat Abrahamo: eamq;  
utilitatem neutquam collocare in amplis civium  
latifundiis, aut divitiis per commercia comparandis,  
seà potius occasionem ipsis ejusmodi cupiditatibus pre-  
cidere:

cidere : ad potentiam quoq<sub>z</sub> bello acquirendam mini-  
me omnium esse aptatas leges, non enim vel defensio-  
ni armata esse commodas , quoniam ipsemet Rex  
Deus hoc sibi curandum sumisset: ceterum adid, ut  
primarii illi cives, quos dixi, possent vera frui civili  
beatitudine , hoc est pietatis studio cum modica re-  
rum necessiarum , sufficiente tamen , copia conjun-  
ctio : adeoque hactenus haud reperiri ullius gentis ci-  
vilia instituta que cum Ebraorum legibus mercan-  
tur venire in contentionem . Quum hac vero prout  
ferebat tunc institutum, latius deduxisset, ex iis qua  
de forma reipublica differueram , additis propria in-  
dustria nonnullis, confecta ab industrio auditore prote-  
nus tunc e<sup>st</sup> illa quam diximus De Politia Ebraorum  
Exercitatio, & more Academico publice ventilata;  
scripta autem calamo maximam quidem partem ejus  
qui Respondentem egit, passim tamen , ne quid diffi-  
tear , etiam meo, quod stili dissimilitudo statim pro-  
didit. Tametsi autem sententia illa mea multum  
sint paradoxæ, non dubitaverunt tamen illas ex eo  
propugnare cum alii, tum duo longe doctissimi viri,  
honoris causa hic nominandi: alter Joannes Vor-  
stius libro De Synedriis, tertio post anno Rostochii,  
alter Joannes Frischmuthus libro De Rege eligen-  
gendo & deponendo Jena quinquennio serius, publi-  
cato.

cato. Nec vidi hacenus, qui refellere illas senten-  
tias vel conatus fuerit. Prodiit enim quidem in-  
lucem anno quinquagesimo quinto liber tertius & ul-  
timus de Synedriis Joannis Seldeni, cui scribendo  
fuit immortuus, & sine capitis XII non probatus qui-  
dem est Frischmuthi liber, nec tamen nisi pauca verba  
illi sunt opposita: quasi nempe Juridicis Rabbinorum  
scriptis Clarissimus Frischmuthus minime satis instru-  
ctus fuerit, judicio aliis permisso. Id quod reapse  
est nibil ager. Prasertim quia Rabbinorum senten-  
tia satis fuerat à Frischmutho proposita, doctis autem  
rationibus impugnata. Sed & ipse ille Seldenus,  
quo forte nemo alius magis Thalmudicis commentis  
fuit deditus, et si de Synedrii in regenda republica  
summa auctoritate, operose plurima, Thalmudicos se-  
cutus, toto illo de Synedriis opere docuisse, non tamen  
ausus fuit accedere Thalmudicorum, de Rege Ebre-  
orum à Synedris magnis judicando, assertioribus,  
ceu liquet ex libri illius Tertii cap. ix. § 5: quantum-  
vis Cromwellicis tunc prevalentibus in Anglia parti-  
bus haud parum addictus.

Quomodo autem eunque habeat sese hic veri-  
tas, ab eo tempore quo instituta fuit in Academia no-  
stra palestra Exercitatio illa, isthoc de argumento  
vix cogitare me passa sunt innumerae longeq; diver-  
sisimae

XIII

sissimæ occupationes; ut ipsa illæ Exercitationis libel-  
læ mémoria fere exciderit, donec nuper dénum  
- edenti mea de Nummis Ebræorum Paradoxa redie-  
rit in manus, visumque est haud futuram absque  
- pretio opera, si nova cura recensitus publici fiat ju-  
ris. Et vero isthac prabita mihi occasione usus, addo  
jam primo de Nummis libro istum de Republica Ebræ-  
orū. Quia præsertim haud forsitan injuria mibi il-  
lym omnem vindicare nunc licet; utpote jam olim  
ex meis potissimum dissertationibus ē plane ad mén-  
tem meam conscriptum, jam vero infinitis locis re-  
censitum, ē novis possum insertis plurimis accessioni-  
mibus locupletatum. Fateor multa etiamnum mansis-  
se intacta: nec nisi obiter fere aliquid dictum de statu  
regiminis, quale fuit post solutam Babyloniam capti-  
vitatem: multò minus quidquā allatum, de illa forma  
reipublicæ, quā Thalmudici aliqz, Iudaorum magistri  
post Romanum excidium in Babylone alibiqz superesse,  
non erubuerunt profiteri: fortassis autem dabitur  
aliquando otium ē facultas plenius isthac omnia  
persequendi. Interim confido, etiam hæc haud in-  
digna lectu expensuque judicatum iri; ē commen-  
tario, quamvis nondum plene elaborato, si non af-  
fensum saltim veniam meliorum doctiorumque  
audeo polliceri. Vclim vero, saltim, duo heic  
): ( ): ( ): ( ) nunc

nunc etiam adjici, qua tangere ipse libellus nescio  
qua incuria neglexit. Iosephus nempe l. xiv cap. v  
Αρχαιολογίας, narrans disputationem coram Pompeio  
Magno habitam duorum fratrum Hyrcani. Ε  
Aristobuli de regno contendentium, memorat, ple-  
bem ab utroque dissensisse; se nolle esse sub Regibus,  
patrio enim instituto parere Sacerdotibus Dei, quem  
venerabantur, se oportere; Ε<sup>τ</sup>hosce ambos Sacerdo-  
tum quidem esse genere natos, in aliud autem regi-  
men velle populum conjicere, ut in servitutem ille re-  
digatur. Notatus scilicet digna hac duco, quoniam hinc  
etiam apparet, populij judicio Regium imperium, qua-  
le fratribus illorum pater Aristobulus introduxerat,  
visum esse herilem dominatum, alium ab illa be-  
nigniore θραΞίᾳ, qua sub primis Hasmonaeis erat  
instituta. Eodem Iosephi libro cap. X narratur, Gā-  
binium Pompeji (à quo cum esset Hierosolyma occu-  
pata, dixerat præcedente capite, libertatem amissam  
Ε<sup>τ</sup> Judæos Romanis subiectos esse) legatum, Hyrcano  
iussu Pontificatum curare, quiq<sup>s</sup> constituisse Syncedria,  
in æquales partes populo diviso. καὶ ἐπολιτῶν, ait,  
οἱ μὴ τὸ Γεργσολυμοῖς, οἱ δὲ τὸ Γαδάρεις, οἱ δὲ τὸ Αμα-  
θὲν, τέταρτοι δὲ ὅσα οἱ τὸ Ιερουσαλήμ, καὶ τὰ πέμπτα  
τὸ Σαμφόρεις τῆς Ιεδαίας, addens tandem: καὶ οἱ  
μὴ ἀπηλαγμένοι τῆς Διωκείας τὸ Αεισορεῖα  
διῆγον.

diñor. Etiam hinc nimisum discere est, hactenus  
 duwas̄ia. sive dominatum obtinuisse, instituta au-  
 tem illa nova Synedria habuisse Aristocraticum quid:  
 non tamen Hierosolymitano Synedrio reliqua qua-  
 tuor fuisse à Gabinio subjecta, sed omnibus aqualem  
 attributam esse potestatem. Sed & haud improbabile  
 hinc videatur, Synedrii institutum usque adeo Thal-  
 mudicis laudatum, hoc potissimum tempore incēpisse.  
 Certe hac prima Synedrii apud Josephum exstat com-  
 memoratio. Quanquam etiam antehac semper  
 Juridicos aliquos fuisse concessus, sed aliis nominibus  
 appellatos, nemo negaverit: quoniam nulla respublica  
 potest iudicis carere. Ex Gabini autem instituto  
 deum videtur illis quing, Synedrii partem regen-  
 da reipublica concessam: Hyrcani potestate pluri-  
 mum limitata. Ab Herode tamen jam Rege facto  
 Synedrio ipsi Hierosolymitano pene omnem iterum  
 detractam auctoritatem esse, jam tum ex Josepho do-  
 cuimus. Ut proinde non nisi post Archelaum illi Sy-  
 nedrio redierit precaria aliqua & momentanea sub  
 Romano dominatu existimatio.

Verum de forma Reipublica Ebraeorum etiam  
 hoc, nunc quidcir, sufficiant. Quantumvis au-  
 tem hac opera non caret suo fructu; fateor tamen,  
 longe esse majoris momenti reliqua, in qua oīm di-

):( ):( ):( 2 . gitum

gitum intendit; differens de scopo recipublica Ebraeorum,  
Elegum divinarum in id latarum summam & alias  
in usitata sapientia. Hac videlicet exacte per novis  
conjunctū est cum veneratione Optimi Maximi Dei  
ut pote cuius divina non benignitas duntaxat in illam  
Ebraorum gentem, sed mortalis ingenii vim supervans  
ferendarū legum prudentia sita demum fiat conspicua.  
Qui Legum illarum sensum interpretati sint, repe-  
riuntur plurimi: at Politicam interpretationem qui  
dederit repertus hactenus est nemo, quod equideum  
sciam; neque dari potest, nisi ab eo qui Civilem Phi-  
losophiam & τὸν νομὸν τὸν λόγον exacte cället. Et ta-  
men pactum illud quod Deus cum Israëlitico populo  
inivit quondam, & Legumlatio illa divina omnis,  
reapsc Politicum aliquod opus est: ut proinde etiam  
in ipsis sacris ceremoniis definiendis lateat simul  
arcana quadam civilis commodi ratio: id quod de  
annuo trino conventu populi coram Deo, prudenter  
etiam Josephus annotavit. Omnium scriptorum  
superstitum primus Philo quadam non inania obser-  
vavit: plarumque tamen in Moralibus meditatio-  
nibus est occupatus. Flavius Josephus longe præcla-  
riora nos docuit Αρχαιολογιας libri tertii variis ca-  
pitibus, quarti vero capite VIII, quo epitomen exhibuit τὸν νόμων τὸν αἰνεῖσθαι εἰς τὸν πολιτείαν, Libro  
item

item utroq; cum primis autem secundo, contra Apionem scripto. Promisit quidem Ἐπαγγελτικόν cap. 8. δούσθαι τὸν καὶ αὐτὸν, ac totum illud opus hisce verbis clausit: οὐ πέρημας δέ συγγράψῃ καὶ τὰς ημετέρας δόξας τῷ λεδαίῳ, ἐν τεσσαροῖς βίβλοις. τοὺς δέ τοις δόξαις αὐτοῖς, καὶ τοὺς τῷ νόμῳ, διατίκατον αὐτὸς τὰ μὴ ἔξεστα ἡμῖν ποιεῖν, τὰ δὲ κεκάλυπτα, τερρυν illi libri ad nos non pervenerunt: fortassis etiam non sunt confecti. Quia ex Thalmudicis scriptis hactenus Latine versa sunt nihil omnino hic nos juvant: estque proinde verosimile nihil ejus sit in Mischna sive in Gemara libris reperiri. Par ratio Ἐπαγγελτικοῦ aliorum et Rabbinicorum voluminum. In nomine Christianorum quidem, quamvis doctrina excellentium, commentarii apti sunt explere hoc desiderium. Ex novissimis Petrus Cuneus suo de Republica Ebræorum opere eximia nonnulla tradidit quidem, non nisi pānca tamen, Ἐπισcriptione tumultuaria; quod ipse agnoscit l. i. cap. 13: Neque nobis licuit hactenus, per occupationes Ἐπισcriptione studia diversissima, hoc agere: et si pridem id in votis fuerit Ἐπισcriptione hujus spes aliqua a nobis sit facta. Ut proinde hic quidem campus adhuc sit integer, in quo Politicarum rerum scitilianam quis exerceat: exemplum nempe

nempe secutus Platonis, cuius de Legibus opus superat etiam nunc admirationem.

Quem ultimo loco exhibeo DE INITIO ANNI SABBATICI ET TEMPORE MESSIS EBRÆORVM Commentariolum, caput est secundum affecti libri de Anno Sabbatico & Jubile, cum proxime antecedissent verba Legis ex vicefimo quinto Levitici capite repetita. Institui videlicet divinam in utroque condendo anno sapientiam ostendere, saltim in exemplum Politica Legum istarum Mosaicarum interpretationis, & quoniam in nulla civitate alicujus populi similes leges reperire est. Et vero ut hoc unum nunc tangam, in Justiniano Romanarum legum corpore nihil omnino sanctum est, faciens ad originariorum ciuitatum conservationem quod non dissimulavimus jam tamen capite ultimo libri de Civili Prudentia: (nam Fideicomissa non praecpta sed cuiuslibet arbitrio privato permitta sunt duntur, multis etiam fœcunda incommodis) alibi satis prudenter quedam in illum usum sunt decreta, nusquam tamen illud obseruatum est, quod anno Jubilao obtineri potuit. Fortassis alias perficiemus quod agere incepimus, ubi plus otii fuerimus nocti. Ut hoc doceatur mutatio nunc demus, occasionem prabuit, ne quid difficitur, & Tuylpstediani & Sisbe-

Sibequiani mei messis, per divinam manifestacionem expectatione uberior. Dum nimurum illustrstro qua de tempore messis Ebraorum Sacer codex commemorat, videor mihi rem Deo placentem praestare, & quasi publicas agere illi gratias pro accepto messis beneficio. Forte etiam interfuit, liberare complura Scriptura dicta ab interpretum nonnullorum sequioribus sententiis.

QUANTVMVIS autem confidam, saltim a bonis quibusque non improbatam iri hanc meam operam, immo non sine fructu Lectoris illam futurā, simul tamen praevideo, si non alia saltim duo a nonnullis minus benigne exceptum iri. Alterum est, quod de Ebraorum rebus disputare fuerim ausus non instrutus lingue illius gentis peritia. Alterum, quod à Talmudicis traditionibus dissentire non dubitaverm. Ideoque videtur quasi necessitas quadam mihi imposta in utraque accusatione me nonnihil purgandi. Nec vero ego defensioni boni nominis mei acero: cum primis quia conjunctam esse censeo causam veritatis & utilium studiorum.

Primum ergo quod attinet, ante omnia dari mihi experio; posse interdu etiam per interpretem satis certe accipimenti eorum quia alia sunt lingua pronunciata, cum primis quidem si confit de interpretis & peritia

peritis pariter & bona fide: quam maxime autem  
utrumque reddi certum, si multi quos inter nulla  
est in cuiusquam deceptionem conspiratio, eodem in-  
terpretentur modo. Et vero qua testimoniorum  
in facti questionibus, illa est interpretationum rati-  
una et eademque & horum & illorum certitudo;  
unus idemque dignoscendi veritatem in hisce qui-  
dem modus est. Hoc etiam concedi postulo, quamvis  
optimum sit & tutissimum, nullo egere interprete;  
attamen si monisti in levioribus aberraverit fortassis  
interpretatio, constet autem illi in potissimum posse  
securè credi, sufficere hoc oportere saltim illi qui  
non seculatur minutias sed rerum summa. Omnia  
hac & ostensiva & indirecta dictione confirmare,  
facillimum effectu furrit, si opus sit. Ideoque jam  
tum alibi hisce innixus docui, & Christianum  
quemque idiotam, & isti ordini docendo prepositos  
Presbyteros, tuto satis qua ad salutem aeternam sunt  
necessaria fidei & morum negotia per interpretatio-  
nes consequi posse: atque adeo posse illos probe offi-  
cio fungi, et si peritia Ebrei sermonis non sint imbuti.  
Neque nunc sentio aliter; quoniam non nisi furio-  
sas luxurias Wasmuthus, Affecta vero ejus, quem  
sua Joannis & Benedicti nomina debuissent ad inde-  
stiam & bona verba componere, atrocia tantum,

non in me duntaxat, sed etiam Calixtum quondam  
nostrū r̄v πάπι, imo hanc Academiam Julianam univer-  
sam, pari ideoq; homine Christiano indigna iniulta-  
te, sparsa convitia, meis opposuerint: uterq; studiorum  
qua ad Ecclesia salutem quam maxime faciunt  
multū rudis, sola autem suā aliqua Ebraismi peritia  
perquam inflatus. Potuisset vero illos rectiora docere,  
vel sola catholica, hoc est omnis ab initio statim,  
Christi inquā Apostoloramq; atate, & pōst per uni-  
versum orbe usq; ad nostra hac tempora diffusa Eccle-  
sia, perpetua mecum faciens consuetudo. Qui conser-  
tiunt & Germania nostra Ecclesia meliores omnes:  
usque adeo ut Maledicus ne ad sua Misnia qui-  
dem novissima sacra instituta potuerit provocare,  
sed coactus fuerit confugere ad solos Occidentales  
Frissos: quos tamen Schismatici zelota alias solent  
Ecclesia limitibus excludere. Sed illis quidem ho-  
minibus parcat Deus, si eos paeniteat facti, & ista  
ignobilis controversia esto jam sepulta. Ut veniam  
autem ad meam qua nunc moveri posset causam;  
omnia illa Ebraea de quibus & ex quibus a me est  
disputatum, accepta mihi sunt per lingua Ebraea sci-  
entia claros interpretes, nec semper unum sed inter-  
dum multos, eosq; nulli factioni obnoxios, nullo vel  
amicitiae vinculo connexos. Potui ergo illis versio-  
nibus

nibus secure ego confidere. Quod si aberraverint nonnunquam illi, sum ego quidem extra culpam: poterunt quoque illi errores indicari ab iis qui rectius hic sapiunt, imo id ut velint illi agere, etiam atque etiam peto; tantum abest laturum id me agere: modò sane id fiat ea quā par est lenitate. Haud dubie vero non nisi in perquam paucis forte fuerit erratum, inque iis quā non sunt momenti magni. Non soli porro Ebrai scriptores consulendi fuerunt in disputationibus meis; sed pleraque ab aliis sunt tradita, cum in Antiqui ac Novi Fœderis, Philonis, Josephi &c aliorum monumentis, tum in libris avorum patrum & nostra memoria editis. Ad que proinde intelligenda non opus mihi fuit interprete. Quamvis autem fuerim aliena opera hic satis secure usus, magnas tamen omnibus interpretibus gratias ago: utpote abs quibus si fuisset nec ego nec alii multi institui potuissent. Eximium profecto nsum Ecclesia pariter & reipublica præstant interpretes: eisque illa linguarum peritia annumeranda utilissimis bono publico studiis, adeoque summa contentione laborandis, ut cum omnibus hoc agere non liceat, saltim aliqui semper in eo sint occupati, atq; adeo nunquam deficiant qui hac parte commodo publico profint. Non est tamen quod ab omnibus hoc exigas, Satis est, si aliqui id

id agant. Pertinent sanc*tu*s *hunc* *divinae* S. Apostoli Pauli Corintbiis quondam facta admonitiones de variis Sancti Spiritus donis, eorumque omnium in Ecclesia us*u*s. Laudare Ebraic*a* lingua peritiam pra*re* studiis sacris omnibus, aut tanquam unice & promiscue omnibus necessariam, Philadelp*hia* arguit (ut quod sentio pronunciem) & incep*ta*m superbi*m* cum maximarum rerū inscitia conjunctam. Perinde atq*ue* non vacat gravi culpa, illam peritiam aspernari. Ecclesia videlicet & Republica multis indigent, nec omnia omnes possimus. Ceterum hac de re pro dignitate agere non patitur institutum. Et vero si qui mihi exorti fuerint hac in causa accusatores, illis, nisi fallor, abunde jam a me est itum obviam.

Thalmudicarum narrationum fidei pridem ab omnibus omnino est Christianis detrac*tu*m: saltim itaque communis ille consensus etiam me excusaverit. Nec enim me gravat, quod Christianorum, praefantium quoque virorum, nonnulli interdum videantur alia docere: potius vero hoc illorum inconstantiam arguit, aut certe non satis circumspetiam admissionem testium quos ipsi alias rejiciunt imo explodunt. Verba ipsa Scaligeri Casauboni Cunai jam adducta sunt in Exercitatione de Republica Ebraeorum S LXXXVI. Plura & illorū & aliorū nullo ):( ):( ):( ):( 2 negotio

negotio possint adduci, si opus sit. Notum porro est, saltim ab illis Iudaicis, qui Carrajim vocantur, Thalmud universum rejici, apud eos qui in Palastina & locis vicinis degunt solam Mischnam in pretio esse. Observavi quoque, adduci ex nonnullorum Europaeorum Rabbinicis monumentis, & quidem ex ipsomet Abarbinelie, liberas disputationes adversus Gemaricæ placita. Ut proinde etiam Iudaorum quorundam, & quidem magnorum, consensu, licuerit etiam mibi saltim à Gemaricis dissentire. Quorundam inquio: quia vulgo Thalmud universum non equiparatur duntaxat Sacris literis sed etiam præfertur: cœu apertum est cum ex aliis tū vel ex iis quæ docevit Christianus Gerson, ex Iudaico docto magistro factus Christianus, libri quem de Thalmudica doctrina Germanice utilissimum conscripsit primi cap. 29.

Non difficile autem fuerit etiam hanc meam causam firmis rationibus tutari. Et vero, cum illa quæ ex Thalmude solent adferri pertineant ad questiones vel facti vel juris; si Thalmudica testimonia in iis debeant certam fidem nobis facere, necessum est, uti constet: & vere sciuisse magistros Thalmudicos ea quæ tradiderunt, & voluisse ita tradere omnia prout ipsis innotauerunt. In hisce sane duobus versatur omnis testimoniū sive facti sive juris auctoritas. Simcrito  
de al-

de alterutro dubites, non potes testi tuto credere. Si noveris, vel non scivisse quae tradit, vel contra quam compertum quid habuit tradere, rejiciendus est testis ut improbus & mendax. Semper autem tibi de testimonii fide metuendum est, si constet solere hominem mentiri; etiam si enim dicat verum, non licet tamen illi secure credere etiam vera dicenti. Ad hanc normam vero si exigantur Thalimudica testimonia, non equidem dubito, assensum, eorum saltem qui aqua mente & judicio valent, mihi polliceri.

Ceterum jam tum paulo ante, non dissimulari: apud Iudeos non parem esse Mischna & Gemara auctoritatem: video & Christianos quosdam Mischna magnam Gemara autem longe magis exiguam fidem adhibere. Itaque seorsim hac & illa fuerit examinanda. Nisi fallor autem, ipsam Mischnam praeterea multum gravant sententia, quas Salvator noster ejusq; sancti Apostoli de Presbyterorum Judaeorum traditionibus tulerunt; quoniā Mischna conditores aeo illi sacro fuerint propiores multo Gemicis, quosque Mischna laudat magistros principios. non adeo diu ante excidium gentis Romanum vixisse videantur. Nemini autem Christianorum temere ignorantur, ipsiusmet mitissimi Servatoris horribiles diræ, quibus Pharisaos eorumque jactitatas παλεγ-

adōsēs est prosequuntus: quodq; ipsi eacorū cœdi-  
duces, eorū doctrina fermentū appellati sunt. Ad illas  
verò παλεγωδόσεis haud dubie respexit. S. Apo-  
stolus Petrus, quando ad Ebraeos ērā tñ diaconos scri-  
psit, redemptos illos esse non argento vel auro sed pre-  
tioso Christi velut agni immaculati & incontaminati  
sanguine, εκ τῆς ματᾶς ανασηφύς παλεγωδότες.  
S. Apostolus Paulus discipulus fuerat Gamalielis, ma-  
gni etiam in Thalmude passim celebrati magistri,  
παλεοτέρως ζηλωτὴς κατάρχων τῷ παλεικῷ παραδό-  
τεω: haud dubie vero de illis traditionibus & doctri-  
na Iudaica dixit quod legitur cap. III. 9 ad Titum,  
Stultas quæstiones & genealogias, & contentiones  
ac pugnas legales omitte, sunt enim inutiles & va-  
næ. Et vero qua etiam hodie supersunt ex Thal-  
mude, stulta profectio sunt quæstiones, & con-  
tentium inter se super Legis sensu magistrorum  
perpetua pugna, vanitatis plenissima, ad sanctimo-  
niam autem vita nibil facientes. Idem sanctissi-  
mus Apostolus 1. ad Timoth. 1. 4. & IV. 7 candem  
doctrinam fabularum cognomento perstringit: quod  
propriè tangit Thalmudicas narrationes. Damnant  
vero ha ipsa quas adduximus Christi & Apostolica  
sententia fidem Thalmudis omnem, cum in facti  
tum in juris quæstionibus; quoniam non dubitarer-  
eant

xx

runt Judai, tunc quoque temporis, impudentissimo  
mendacio, sua nuperrima & mutuo secum dissiden-  
tia commenta, πολεγωδεῖστεν, Legis item à Mose  
in monte Sinai ore tradita & per Prophetas propagata,  
nominiibus venditare.

Non movebimus tamen nunc solo hoc divino pre-  
judicio Thalmudis fidem atque auctoritatem; quia  
in promptu sunt etiam rationes, quarum certitudi-  
nem omnes, etiam si à Spiritu Sancto non fuerint  
edocti auctoritatem celestem eorum qua Novi Te-  
stamenti libris continentur, agnoscere coguntur. Ig-  
tur primum tradunt ipsorummet Iudaorum non-  
nulli quidem, Mischnam calamo comprehensam,  
jam tum seculo Christiano secundo, Gemara autem  
ultimam manum impositam deinde esse circa se-  
culum sextum: nonnulli vero fatentur, Thalmud post  
annum Christi quadringentesimum à R. Ase colli-  
gi captum, & circiter annum quingentesimum à R.  
Iose aliisque absolutum. Non licet autem vel  
haec tuto credere, quoniam historici illi qui isthac  
tradiderunt post millesimum Christi annum vixe-  
runt denique, & fabulis quam multis fidem decoxe-  
runt. Et vero Joannes Morinus in Exercitationi-  
bus Biblicis haec parum probabile reddidit, inchoa-  
sum Thalmud non ante annum sexcentesimum, &  
circ̄

circa sexcentesimum octogesimum tandem comple-  
tum fuisse. Non morabor nunc quenquam, cuicun-  
que velit sententia assentiri. Illud citra contro-  
versiam est, tantum non omnes narrationes Thal-  
mudicas sero esse conscriptas. Iam vero narrantur  
in iis, quorum plurima pridem ante Babyloniam ca-  
ptivitatem, imo quādam ante Mosis avum, alia ab  
Esdra usque tempestate ad Romanum usque reipubli-  
ca Judaica excidium, alia longe recentius, si nar-  
rationibus illis credimus, contigerint. Fatentur au-  
tem ipsimet Iudaorum magistri, ante Romanam  
īstam πανοδειαν, nihil illarum narrationum fuisse  
scriptum, post demum à quam multis per varias re-  
giones dispersis, in schedulis quādam notata; ex illis  
autem indigestis & rudibus foliis primo Mischnam  
deinde Gemaram confusatam esse. Ut autem perso-  
lam quam vocant oralem traditionem, sine litera-  
rum adminiculo, potuerint tot seculorum actus in-  
tegra fide propagari, ēr est ḥw adūwātay. Eviden-  
tiissima sane veritatis est illud Livii: Literæ sunt  
una custodia fidelis memorie rerum gestarum. In  
schedis sero demum notari quādam cuperunt, & num  
vel hoc sit factum nec ne, incertum adhuc est; mul-  
to minus liquet, illos schedarum scriptores bona fuisse  
fidei. Vel hinc ergo est manifestum, non posse Thal-  
mudicis

mudicis narrationibus secure credi. Secundo. *Ipsa illa Thalmudica narrationes tantum quam frequenter sibi matuo aduersantur.* Id quod indubitate est signum, saltim non tuto iis posse fidem adhiberi. Apud omnes sane homines in confessio est, iniudicatos esse facti testes, qui in facti, non circumstantiis, sed ipsa summa haud convenient. Nec est quare quem moveat Thalmudicum illud impudentissimum autem: oportere et contradictiones Rabbinorum sententias, tanquam perinde sint veritati consensanza, admittere. Tertio. Adeo crassa, pinguia, et monstrosa, eaque innumera, mendacia non in Germanam duntaxat sed etiam ipsammet Mischnam (etsi non nihil rarius) recepta sunt, ut Thalmudicis narrationibus quamvis veris secure credi nequeat. Non sane liber aliis, qui quidem sanctus existimari velit, adeo fœde mendacii est coquinatus, sive Paganiorum et veterum et recentium, sive etiam Muhammadanorum. Pridem sunt illorum mendaciorum quamplurima producta in lucem. Non fuerit tamen abs re buc etiam adferre, saltim in exemplum portentosi mendacioquii, illa que doctissimus Wagenseilius annotavit ad caput i Excerptorum Gemaræ pag. 214: prasertim quia in iis agitur simul de Sicli pondere. Verba autem ejus bac sunt. Baal

) ) : ( ) : ( ) : ( ) :

Schal-

Schalschel: Hak: p. 89. a. ex Midrasch Ruth, & Mi-  
drasch תְּמִימָה (observamus nos, idem tradere Ge-  
maram Bechorot fol. 50. a,) hanc tanquam probam  
& minime fallacem nobis exhibit regulam:  
Quotiescumque Sicli mentio fit in Pentateucho,  
intelligere oportet Selam (sive pondus 324 grano-  
rum hordeaceorum communium.) In Prophetis  
(Siculum interpretari debemus) libram, & in Ha-  
giographis centum pondo. Excipe tamen Siclos  
(quibus emit Abraham speluncam cum agro, ab)  
Ephrone, nam & illorum quisque æquabat cen-  
tum pondo. Quæ si ita se habent, cuique cogitan-  
dum relinquitur, qualis ista fuerit, coma, dicam, an  
juba Absalomis, cuius abrasæ superfluitates æqua-  
bant libras omnino ducentas. Nimirum, verum fit  
oportet, quod in Rabbit fol. 232, col. 2. legitur: (Cæ-  
saries Absalomis) referebat ingentem arborem ce-  
ratorum, cuius rami multi magnique sunt & qua-  
quaversum diffusi. Imo vero jam non dubito, vo-  
rum esse illud quoque, quod non ibidem tan-  
tum, sed & in Nidda fol. 24. b. memorie prodi-  
tum est. Extat Traditio, Abbam Schaul dixisse:  
Ego vespillonem egī, & aliquando forte fortuna  
patuit spelunca subter pedes meos, (in quam inci-  
dens) steti in orbe oculi cadaveris, cuiusdam, ad  
sum-

summas usque nares. Cum inde pedem retulisse, edocitus sum, fuisse oculum Absalomis. Sed, credat quis, Abbam Schaul pumilionem fuisse: Atqui fuit omnium ætatis suæ longe maximus, Num tutum sit illis hominibus usque adeo sine fronte mentientibus vel tantillum credere? Haud me fugit, Thalmudis veneratores, & Iudaos & Christianorum nonnullos, profiteri non dubitasse, illis fædis mendaciis arcana sapientiam occultari, (Seldenius in Prolegomenis libri de Successionibus scribit; de eo dubitari nequit) quin imo excusare hoc Thalmudicum facinus apologetis illis qui Sacro etiam Codice exhibentur. Sed cum illi apologi toto differant cœlo à Thalmudicis fabulis, vereor ut fas sit banc comparationem instituere: quia præsertim alias ipsi illi defensores portenta isthac Thalmudica juxta Christiana pietatis regulam detestentur, nec quenquam fugiat ipsa Apostolica Iudaicarum fabularum acris censura. Audio quidem, à Judeis unum alterumque in defensionem librum esse sua lingua conscriptum, hactenus tamen nihil ejus est versum Latine. Utq[ue] prodiicit in communem lucem, haud dubium tamen est, perinde atq[ue] Stoicorum aliorumve conatus circa Idololatricam Theologiam quondam fuerunt vani, ut recte Josepho l[et]z contra Apionem ψυχαὶ ὁρφάσεις  
 ):( ):(: ):( ):( 2

τῷ ἀληγορεῖων sint dicta, ita & hos in Aethiopum  
lotione occupari. Nimis sane absurdā sunt men-  
dacia Thalmudica, eoque eludunt omnem ejusmodi  
operam, & illa σοφὰ φάρμακα. Quarto. Plurimum  
dissent à vero narrationes Thalmudica, etiam de  
iis quae post Romanam reipublicā cōversionē conti-  
gerunt, id eoque multo minus fidem merentur eorum  
narrationes vetustiores. Hinc sane ipse met Grotius  
ad Matth, cap. XXIV 24. non dubitavit ita loqui.  
Quod autem quidam putant duos fuisse Barcoche-  
bas, errant decepti à Judæis, pessimis historiarum  
magistris. Nam ex quo patria expulsi sunt omnis  
apud illos historia crassis erroribus & fabulis est in-  
quinata: quibus proinde nihil credendum est, nisi  
alii testes accedant. Facile fuerit hos demonstrare  
commentis Judaicis, saltim iis quae de Imperatoribus  
Romanis, Nerone, Vespasiano, Tito, Adriano &  
Antonino Pio, retulerunt: ut quam multa alia nunc  
dissimulernus. Quinto. Certum est, ab iis quae me-  
morantur à Josepho de iis quae acciderunt post solu-  
tam Babyloniam captivitatem, cum primis sub Has-  
monais Herodibus & Romanis, usq; ad novissimam  
templi & Urbis destructionem, quaque proinde longe  
sunt priscis temporibus recentiora, propinqua magis  
Thalmudicorum atati, multum disfidere Thalmudi-

ca. Nec verò etiam hoc opus est nunc demonstrare,  
 quia pridem innotuit tantum non in vulgo. Est au-  
 tem etiam hoc non leve indicium ejus, quod non li-  
 ceat Thalmudicis narrationibus tuto fidere. Quia  
 nimis etiam in illis qua non multum tempora  
 postrema sua reipublica antecesserunt, falluntur hanc  
 licet utique illis in rebus remotioribus tanquam te-  
 stes admittere. Haud me praterit, Selenum non  
 dubitasse Thalmudica Josepho preferre: verum illi  
 oppono Hesagonem Grotium, cuius hoc verba sunt ad  
 cap. V Danielis: Josepho magna fides haberi debet  
 in rebus Herodis Magni ac deinceps: item ubi ex-  
 ternos autores, non autem Judæos, multa in histo-  
 riis contra verum somniantes, sequitur. Et verò  
 cum atas tum dignitas Josephi in hisce quidem nar-  
 randis auctoritatem sufficientem conciliant; ipse ve-  
 ro abunde quoque Libro de vita sua, & passim in ope-  
 re de Bello Iudaico, contra insectatores & calun-  
 mias fidem suam tutatus est. Quorum nihil fa-  
 cit pro Thalmudicis. Quod si celeberrima illa de  
 Christo Perioche fuerit ab ejus manu, adhuc majo-  
 rem ipsi fidem deberemus. Sed est fortassis illa ab  
 aliquo & quidem Christiano (nec enim alius ita lo-  
 quis potuit) inserta. Nisi Iosephus ipse factus deniq;  
 su Christianus, si non omni tamen potissima ex parte;

ut alii quoque Iudeorum illa tempestate fuerunt Semichristiani. Sane Αρχαιολογία, cuius liber decimus octavus comprehendit illam de Christo. Periodam, recentiorem esse opere de Bello Iudaico, quod auctorem prodit Pharisaum, satis palam est cum ex aliis tam nonnullis qua habentur cap. nono libri vice simi: in illius quoque operis locis aliquot non dissimulantur Pharisaeorum prava quadam in republi- ca molitiones, ut appareat minus tunc addictum fuisse amplius Pharisaeis Iosephum. Quicquid hujus sit, magno intervallo Thalmudicos, imò Iudaicos secuti avi scriptores omnes, superat Iosephus. Ut de illo longe justius quam de Maimonide licet pronunciare, unum illum inter suos desuisse nugari. Sexto deniq; saltim suspectas jure maximo facit Thalmudicas narrationes, cum per frequens earum à Sacris voluminibus dissensio, tum quod Rabbinorum ē repugnantia secum mutuo ē de rebus ad Leges nihil omnino pertinentibus, ē de actis pene novissimi temporis commenta, Moysi auctori adscribere non erubucrint, imo Legis oralis titulo ipsum et divina Logi scripta multum praeferre. Qua de re, cùjus jam dixi, pra alisis meretur legi Christianus Gerson parte prima capite vice simo nono, ut ē pagina 271. Qui enim usque adeo sunt fronte perfricta ē illo fastu, iis

cum

XXIV

cum familiare sit mentiri, non licet quoque secure ali-  
quid narrantibus credere.

Haec rationes ejus, apud me quidem, sunt ponderis, ut  
equidem Thalmudicis narrationibus nihil temere cre-  
dam. Haud nego, interdum veri aliquid admistum,  
sed quia fiducia audeas in illa falsitatum fœda colluvie  
tibi, hoc vel illud bona esse nota, polliceri. Haec tamen  
utique nemo Christianorumistorum, qui Thalmudicos  
solent interdum Sapientibus magistris accensere, uni-  
versalem aliquam tradidit regulam, quæ licet et veras  
et mendaces à commentitiis discernere: Et tamen nisi  
universalis innixus fueris principio haud licuerit tibi  
certam ratiocinationem instituere. Multus quidem  
est cum alias tum cum primis in Prefatione libri de  
Successionibus, vir sane praelatus Et in Ebraorum  
cum primis scriptis summa industria versatus, Ioan-  
nes Seldenus, in eo ut persuadat, ex Thalmude de-  
num posse accipi τὸν πολιτεῖαν Ebraorum: perinde  
atque ad notitiam reipublica Ecclesiastica comparan-  
dam necessaria est canonum decretorum Et historiae  
Ecclesiastica peritia. Uchementer autem eximus  
ille Seldenus Et sese Et alios decepit. Nam verum  
quidem est, sine Legum Et Historia notitia nullius  
civilis societatis πολιτεῖα cognosci, ideoque hoc re-  
quiri etiam ad notitiam Politia Ebraorum: sed illas

Leges

Leges. Et illam Historiam Talmude contineri, à vero est alienissimum. Illius, inquam, politia quo obtinuit ante Babyloniam captivitatem. Vsq; sene adeo id falsum est, ut ne quidem binc discere sit statum reipublica, qui fuit post captivitate solutam usq; ad interitum ultimum. Falso etiam Seldenus astipulatores sua sententia laudavit Joannem de Bachone celebrem inter Scholasticę Theologię doctores, Et Auctorem libri cui titulus Capistro Iudaorum: non enim adducta eorum verba aliud quidquam docent, quam Talmudi à Judeis divinam attribui auctoritatem. Ipse met porro Seldenus: Nec tamen, inquit, sine delectu admittendę sunt passim in rebus civilibus Magistrorum (hoc est Rabbinorum) sententię utcumque ab iis receptę. Sed hic quidem sermo est obscurior. Videri tamen possit hoc velle, ob servanda esse atq; in usum trahenda civilia Talmudicę de creta, quacunque divinis iustis non adversantur, aut horum observationi non sunt impedimento. Et vero jam ante illa aquaverat Responsis qua Jureconsultorum celeberrima collegia solent reddere. Quia si mens Seldeni fuit, graviter prosector fuit hac etiam parte lapsus: quia Responsa illa sunt de jure eo quod hodie obtinet: quale non est Talmudicum. Multo minus tenentur hodie Respublica ob servare

illa

illa Thalmudica, cum ne quidem ad civiles vere  
Mosaicas Leges sint adstricte, quod Henricus Ste-  
phanus singulari libello tamen voluit persuadere.  
Procul sane Thalmudica absunt ab aeternis Naturæ  
institutis: illaq; proinde altero singulari prolixo opere,  
etiam frustra petuit ex Thalmudicis idem Seldenus,  
quamvis & ibi, ut in omnibus aliis scriptis, complura  
(diversa tamen à jure naturæ & gentium, quod libri  
titulus pollicebatur) magno studio sit persecutus. Ve-  
rum de Legibus quales ex Thalmude promiscent, co-  
rumq; justo pretio agere, non est bujus loci. Et verò  
unum hoc nunc incubuit probandum; licuisse nobis in  
libellis nostris à Thalmudicis narrationibus disside-  
re, neque id vitio nobis jure verti posse. Id quod, nisi  
fallor, sat firmis rationibus adstruximus.

Quemvis autem possumus jam manum huic tabula detrahere, pauca tamen iis addere cogimur de Mose quoq; Maimonide: quoniam huic praipso Thalmude credendum esse, quidam existimant. Tantum sane non in cœlum solent illum cœhere, Josephus Scaliger, Casaubonus, Grotius, Cunaeus, Heinsius, alii, magni utique recipublica literaria senatores Versus Latine jam ante hosce quadringentos annos, prater Medicis scripta, est liber ejus More Hanevochim s<sup>r</sup> ):( ):( ):( ):( ):( ):( ve

ve Director dubitantium inscriptus , quo proinde  
Thomas Aquinas & alii jam usi sunt: prodit autem  
typis in luce initio superioris seculi curante Augustino  
Justiniano Genuensi. Alterius celeberrimi maxime  
operis , cui nomen Iad sive Manus , hacenus non nisi  
particula quadam Latine sunt versæ: De Idololatria,  
De Paenitentia , De Jejunis , & fortassis alia : pas-  
sim vero legere est ex illo opere adducta complura  
itidem Latine. Ex iis qua mibi legere atque intel-  
ligere concessum fuit , hoc quidem deprehendi ; non  
reperihi bic portentosas fabulas , dissentientium ma-  
gistrorum altercationes , per aliena perpetuas divaga-  
tiones , incertas Legum sententias , uno verbo infinitas  
illas ineptias ac nugas quibus scatet Thalmudicum  
chaos; sed omnia & magis digesta , & perspicue satis in  
unam aliquam partem definita , atque adeo hacenus  
illum inter suos istos primum nugari desisse. Simulta-  
men observavi , omnem doctrinam viri illius qua  
volumine Iad continetur , mere esse Thalmudicam.  
Eruditæ , ut solet , hoc quoque docuit Wagenseilius  
sua in Sotam Prafatione : ut ulteriore probatione  
non sit opus. Sed utrum omnia ejus libri diserte con-  
tingantur in Thalmude , an vero per consequen-  
tia duntaxat fidiculas saltim multa sint deducatur ,

atrum

utrum item bene an male sint allata, utrum denique  
ex sola Mischna an vero etiam ex Gemara sua ist.  
bac Rambam ille depropnserit, alii rectius judi-  
cabunt. Et sanc fertur scripsisse in epistola ad R.  
Josephum discipulum suum: Cave ne tempus  
tuum teras in expositione & operosa consideratio-  
ne Gemaræ: ego enim in illis multum temporis  
perdidi, & parum utilitatis haui. Quicquid vero  
borum sit, utique non meretur Iad illud majorem  
Thalmude fidem atque auctoritatem. Cum Thal-  
mude imo concidit reapse hujus quoque operis existi-  
matio: atque adeo fas mihi fuit à Maimonide non  
minus quam Thalmude ipso recedere. Quod pro-  
base nunc quidem mihi sufficit.

NEVTIQVAM vero, dum detrahō certam fidem  
Thalmudicis adeq, & Maimonida narrationibus,  
quaq, illi memorant instituta omnia infior legi vim  
habuisse ante Romanam Iudaicæ reipublicæ destruc-  
tionem, hoc egi, ut Thalmud vel Iad manibus ho-  
minum excutiatur. Eisi enim nequeant prabere  
usum illum, quem Christianorum nonnulli hinc so-  
lent exspectare, magnum tamen aliud commodum  
prestare Ecclesia sunt aptissima, in primis Thal-  
mudus cum Mischna tum Gemara. Diximus jam  
)(:( )(:( )(:( )(:( 2 ante

ante, nullum librum fuisse ab ultra genere hactenus ha-  
bitum divinum, qui pari fuerit impietate, vanitate  
Et absurditate atq; est Iudaorum Thalmud. Ne quid  
sancte disimilem, Thalmudis que versa sunt legens  
ego, videor mihi videre ἁβδελυγμα τος ἑρμηνειας  
των πτω αιγιω. Et tamen volumen illud διδα-  
χωτειν a Iudaicis, non pari duntaxat, sed longe etiam  
majore colitur veneratione atque ille codex, quem  
agnoscunt ipsi a Deo per Prophetas esse traditum, li-  
cet Thalmud, ipsissimel fatentibus, nullum Propheticam  
habeat auctorem. Hoc autem Et agunt hodie Iudas  
Et egerunt jam multis seculis, serviliter quamvis  
dispersi non nisi divina maledictione, ceteri ipsi agno-  
scunt, per universum terrarum orbem: gens aliis  
valde astuta atque ad quantum faciendum per quam  
ingeniosa Et industria. Ut talis autem populus  
usq; adeo, in iis qua aeternam pariter Et bujus vita  
felicitatem attinent, turpiter sese gerat, non profecto  
fieri potest, nisi itidem hac in parte illum urgeat divi-  
na quedam animi perversio, in justam magni com-  
missi sceleris vindicationem. Et vero dudum Moses  
populo Israëlitico, si immorigerus fuerit, est minita-  
tus Deuter. XXIX, 25. Percutiet te Dominus amen-  
tia, & coecitate, & stupore cordis; palpabisque in  
meridie,

meridie, quemadmodum palpat coecus in caligine.  
 Eandem penam Propheta frequenter eisdem pradixerunt. Reapse autem Iudaos cœcitatem illa divina laborare, clarissimo sane indicio est vel illa Thalmudis veneratio. Ideoque expedit quam maxime, ut codicis illius impia vanitas in apertam lucem protrahatur. Enim vero Innocentius IV. Papa in Bulla quadam voluit in Gallia Thalmudis exempla omnia comburi: inesse enim illi, blasphemias in Deum & Christum ejus ac Beatam Virginem manifestas, inextricabiles abusiones errorcas, ac stultitias inauditas: illâ autem flammâ pœna nemo Iudaorum posset emendari, potius augeretur hinc corum pertinacia. At si volumen illud ejusq; improba absurditas in omnium conscientiam producatur, & Iudaïs pariter id profuerit & Christianis. His scilicet præbitur occasio, Deo majores agendi gratias promisericordi illuminatione, qua nobis obtigit Spiritus S. beneficio: simulque monachimur omnes, ut pergamus Deo servire in timore ac tremore, ne subtrahamur divina gratia in similem cœcitatem prolabamur. Iudaïs vero poterit tunc demum ob oculos ponî divina, quam patiuntur, indignatio: ut ita manuducantur ad cognitionem illius criminis, quo tantam

:):():():():():( 3 - Dei

Dei maledictionem commeruerant. Non potuit  
haec tenus iusta felicitate hoc agi, quod Thalmud ra-  
ro fuerit in Christianorum manibus, & spretum vel  
damnatum magis quam adhibitum in justum usum.  
Cœperunt sane non adeo pridem denique veri in-  
linguas vulgo notiores quedam Mischnæ partes, Ge-  
mara tamen per pauca. Ex re autem esset &  
Christianorum & Judaorum, veriti omnia. Hoc  
animo eisdem gratias ago iis qui haec tenus hanc en-  
ram subierunt: rogo præterea omnes, quos Deus  
linguarum peritia exornavit vel imposterum orna-  
bit, ne graventur hanc molestiam interpretandi  
suscipere, certò confisi, velut Ecclesia magnum  
hoc ipso fructum sunt allaturi, ita Deum fore lar-  
gum remuneratorem. Hand enim nescio quidem,  
Thalmudis confutationem non esse veritatis Cbri-  
stiana religionis demonstrationem: ait remoto ab  
oculis illo per Thalmudis venerationem enato glau-  
comata, facillimo negotio, quod reliquum est veri-  
tatis, perspicietur. Crassum scilicet est Thalmud  
velamentum, quod vultui Judadrum impendet, ne  
videant veram Gemaram, id est verum Legis com-  
plementum.

Quamvis porro certum aliquod prisca atque  
ante

XVII

ante Romanam Templi destructionem usitati moris  
testimonium peti ex Thalmudicis traditionibus ne-  
quacat, poterit tamen Thalmud, interdum saltim,  
baud absimile vero argumentum suppeditare. Et sa-  
ne ipsimet nos, jam pagina hujus voluminis quadra-  
gesima octava, nonnulla in illam sententiam afferui-  
mus. Fortassis licuerit etiam hoc iis adjicere:  
quandocunque Thalmudica aliqua traditio plurium  
assensu constans est, nec vel Sacra Scriptura, vel  
alia historica bona fidei monumenta, vel recta ratio  
illi repugnant, tunc, et si non omnino certam scien-  
tiam, tamen opinionem probabilem exspectari inde  
posse. Forte etiam inter magistros Thalmudicos de-  
prehendi aliquod discriminem potest; ita ut aliis nihil,  
aliis multum, aliis aliquid fidei deferre fas sit. Hoc  
sane observato, Thalmudis versio etiam Philologicum  
possit fructum circa prisca Ebraea gentis instituta fa-  
cere. Et vero optarim equidem, ut illi qui in Thal-  
mude possunt cum judicio versari, universales con-  
stant regulas, diversa verisimilitudinis Thalmudica-  
rum sententiarum. Non enim haec tenus id à quoquam  
est factum. Sed ab iisdem Thalmudica &<sup>et</sup> summe laudantur & summe deridentur. Quod adver-  
satur recte ratiocinandi arti: utpote qua exigat cu-  
juslibet

fuslibet bona ratiocinationis principia universalia  
sibi constantia tum affirmativa tum negativa sive fri-  
entia sit comparanda sive tantum opinio. Pollicentur  
porro nouissimi ex Thalmude augmenta insignia Phi-  
losophia naturalis pariter & practica. Medicis item  
artis & Prudentiae juris. Verum hactenus nullum  
est productum specimen tanta sapientia in Thalmu-  
de latitantis. In illum sane usum ne vel desideremus  
versionem Thalmudis, ingens etiam suadet copia  
librorum id genus qui jam tum sunt in promptu. Vix  
sane & Philologica sacra, qua inde fortassis sperari  
queant, sunt tanti, ut opera sit pretium propterea  
integri Thalmudis versionem instituere.

Sed fortasse nimis diu hisce immoror, & longio-  
re justo prefatione Fautores ab ipsiusmet libri hujus  
lectione detineo. Ego proinde nunc etiam desino; tan-  
tumque hoc unum oro & obtestor, ut, quicmadimo-  
dum hactenus, aquis quilibet & doctus favere meis  
in commodum publicum suscepitis laboribus perget,  
quantunque in se est improbam calumniantium  
turbam dimoveat, quo licet etiam illud quod su-  
pererit etatis Deo & reipublica impendere. Helme-  
stadii in Academia Julia xxii Septembr. Anno  
CIO ID C LXXV.

HER.

HERMANNI CONRINGII  
DE NVMMIS EBRÆORVM  
PARADOXA.

## CAPUT I.

*Proemium libri. Quo occasio & institutum ejus  
conscribendi indicatur.*



Vum ante hosce quatuordecim annos, nomine  
viri longe celeberrimi & Orientalis doctrinæ  
pertinaciam incomparabilis Joannis Henrici Hottingeri,  
Theologi tunc temporis Heidelbergensis, & se-  
cundam libri de Cippis & Nummu Ebraorum edi-  
tionem curantis, de suppeditandis nummis id  
genus vetustis non semel sollicitarer, primum quidem mense  
Junio ad Perillustrem Baronem Boineburgum utriusq; amicum  
& literariæ omnis operæ strenuum ipsæciatw, deinde Augusto  
mense ad ipsummet Hottingerum misi hoc de argumento epi-  
stolam. Septembri mense iterum eadem de re Hottingero scri-  
psi. A quo cum humanissimum responsum esset redditum, simul  
que significasset Boineburgius, velle Hottingerum, si non re-  
nuam, primam meam epistolam edere cum sententia dictione  
de his quæ ego moveram, ipse autem non refragarer, (etsi ut ede-  
retur nihil equidem scripsisset,) addita est libro illius de Cippis &  
Nummis Hebraicis mea isthac epistola, ut & Hottingeri libera  
quidem satis amica tamen & docta censura. Haud dissimula-  
vi quidem superstitem à Censuræ dictis dissensum meum; con-  
tentus tamen tunc sui castigatis typographicis mendis, quibus  
scate-

A

## PARADOXA

2

scatebat epistola meæ editio, quam operam sub finemlibri ipse optimus quamvis jam absens Hottingerus inservit. Enimvero nondum tota in lucem prodierat nova isthæc libri illius de Cippis recensio, cum Heidelbergæ relicta Tigurum Hottingerus reversus est. Eo autem factum, ut integer proximus annus effluxerit nobis sine literario commercio. Ab anno autem sexagesimo tertio usque frequentiores inter nos literæ commearunt quidem, sed neutri vacavit Nummos Ebræos commovere, dum ad longe alia nos astringerent tantum non infinitæ occupationes. Sed & ut nimis acerba ita nimis quoque præmatura mors sumnum virum die quinto Junii anni sexagesimi septimi, quadraginta septem annos natum, orbi terrarum eripuit. Quo obitu ingentem jaæsturam fecit eruditionis respublica. Nec verò habuit temere hoc seculum quenquam cui Hottingerus fuerit secundus; sive Φιλοτοῖας, sive Φιλαδέλφιας, sive Orientalis literaturæ peritiam in istis annis inusitatam videamus. Mihi sane mors isthæc luctum magnum excitavit; quem proinde hoc Epigrammate ad postexitatem sui testatus.

Qui studio & meritis praluxeti millibus unus,  
Molliter & sero denique digne mori,  
**HOTTINGER** Edecus Tiguri sandaque tiara,  
Quove patent nobis dante Orienti opes;  
Quam tu præpopere cunctis fato occidis, eben!  
Quam tristi nimium conditione peris!  
Eternu planget lacrumis te dolior orbis,  
Nec facile referent scela futura parem.

Quamvis autem jam quatuordecim tere anni effluxerint, ex quo mea & Hottingeri illæ Epistolæ lucem viderunt, attamen ne nunc quidem muto meas illas de Nummatia re Ebræorum sentencias. Non enim, sive Hottingeriana isthæc sive aliorum, magni licet nominis auctorum, placita visa mihi hactenus fuere firmis adeo stare pedibus, quin possint haud difficulter subverti

ex ad

ex aduerso ne nunc quidem, omnibus aliis licet probe & cum cura expensis, mea isthac ~~ad~~ rationibus evincere me posse diffido. Quin imd<sup>o</sup>, si Hottingero quidem rationes istas exspectare placuissent, non equidem dubito, etiam illum, quo erat veri studio & perspicaci judicio, mihi fuisse astipulatum: præsertim quia ille primus, quod equidem sciam, nummum aliquem Samaritanis characteribus insignitum Sineoni Hasmonæo attribuere, perinde atque feci ego, non dubitavit. Et sanè haud diffiteor, saltim Tertium & Quintum ~~ad~~ meum, nullo niti consensu viri alicujus docti, sed vere novum & meum esse, ac proindenon nisi rationibus posse fidem invenire.

EIAM vero optimis quamvis & robustissimis argumentis posse me trahere in partem meam omnes, non equidem ausim profiteri. Haud enim me later, quanta sit factionum vis omnem in modum, quodque adeo hoc etiam de Nummis Ebraeorum argumentum serr<sup>a</sup>, ut ita loquar, contentionis hue illuc distrahitur. Dum scilicet pugnatur inter eruditos, quo characterum genere: Tyro an Samaritano, antiquissimis quæ Babyloniam captivitatem præcedunt temporibus, Sacri Codices fuerint exarati, pars utraque ex nummis sibi præsidium querit, vetustatis palmam aliis Samaritanæ aliis Assyriæ literæ nummorum testimonio vindicantibus.

Jure dixeris, levis momenti omnem hanc controversiam esse. Etenim auctoritati Scripturar<sup>e</sup> Sanctæ neque assertur neque detrahitur vel tantillum, quicquid hujus etiam vero magis fuerit consentaneum; multò minus salutiferæ interest fidei alterutra assertio. Non sane est, quod morem furores Wasmuthi & paucorum aliquot aliorum, qui fidei dogmatibus accensere suam de Assyrio charactere sentenciam, & diversam hæreticis annunciatæ haud dubitaverunt, scinore ut haec enus in omni Ecclesia inusitato iraverè impio & damnando.

Etsi vero illa contentio reapse sit levis, non tamen non pertinet

tinet ad officium ejus qui serio veritatem etiam in rebus minutiis querit, hoc quoq; in loco haud pati deceptionem. Ac proinde nec abs refuerit, saltem vel unius de vetustissimis Ebræorum illis literis quibus Lex divina conscripta est, quam dixi controversia causa, Nummorum Ebræorum scripturam vetustatemque investigare.

Absque tamen hic etiam usus esset, nihilominus moverit me istud agere solum veri studium: quo mihi quidem nihil est dulcius. Imo vero nunc adeo sola φιλαλέθνα me quasi compellit, sepositis aliquantisper aliis, quamvis melioribus & utilioribus, hoc argumentum aggredi. Agam tamen hoc non nisi paucis & breviter; habita scilicet ratione munera mei; quod planè alii consecratum est & severioribus. Etiam vero atque etiam rogo, ut procul amore & odio partium, citraque omne præjudicium, quæ adferentur in medium, æqua judicii trutina expendantur, habeaturque omnis hæc disputatio, ut est, mere Philologica quædam exercitatio, in qua errorem licet committere citra jaēturam pietatis, aut Ecclesiæ vel reipublicæ detrimentum.

## CAPYT. II.

*Epistole aliquot Conringii & Hottingeri ad hoc  
argumentum pertinentes.*

**C**eterum non est mihi consilium, omnem rem summariam Ebræorum veterum prosequi. Tantum continere me intra limites eos placet, quos in Epistola isthac ad Hottingerum definiuit, & quos etiam Hottingerus in suo Responso non egressus est. Disputabo scilicet de solis sex illis Paradoxis sententiis meis in Epistola Hottingero propositis, easque rationibus istis statuminabo, quas in promptu mihi esse prescripti quidem, hastenus tamen nusquam in medium adduxi.

Ut res omnis autem planè intelligatur, necessarium fuerit prius

prius aetente perlegisse & meam Epistolam & Responsum Hottingeri, et si utrumque jam sit typis editum. Sed & operæ fuerit pretium, etiam alias nonnullas literas meas eodem tempore à me de negocio isthac nummario conscriptas perlegisse. Quapropter producam ego nunc in lucem ex apographorum Epistolicorum, quæ mihi reservare interdum soleo, voluminibus nonnullas literarum istarum. Quin imo addam & illa, quæ jam Hottingerus vulgavit: quoniam Hottingeri liber, quamvis præclarus, non in omnium est manibus, nec vacat cuivis ad librum illum recurrere.

In literis autem illis promendis ordinem temporis quo sunt exaratae, observabo. Ideoque primò omnium exhibeo legenda illa quæ scripsi ad amicum meum maximum Joannem Christianum Lib. Baronem de Boineburg, virum utique summæ dignitatis & varia laude insignem. Is quippe primus omnium apud me optimi Hottingeri caussam cœpit agere.

Iustu & Generose Domine &c. Clarissimi Hottingeri defideria utinam adeo facile mihi sit juvare, quam velim! Mihi Ebraicus summus genuinus nullus est. Duo quidem Sicli titulo inter veteres meos habentur, alter vulgaribus alter Samaritanis characteribus insigniti, sed neuter proba nota. Et verò multù argumentis adducitur sensio, non reperiiri quenquam germanum nummum Ebraicum nisi Samaranitam scripturā, hos verò omnes Hasmonæus vel Herodibus regnabibus signatos, Samaritanū literis tum etiam profanos vulgoresque ad usus adhiberi solitus, ut Assyriacus illū ad Sacri Codicis scripturam. Serenissimi Principis mei Augusti filiorum minimo sed in dñe nemini secundo, areca est iusta veritatis: de quo Cl. Schraderus noster commentatus nonnihil est. Quid mirto: quamvis nec interpretationem ejus omnino approbem, nec inditum nummo Sicli nomen, quippe quod, me judice solus debetur argenteus tetradrachmis. Habeo amicum Lipsiæ, qui gaudet sibi multū aureo quodam Hebraico. Sed quoniam mihi non est uisus, non adeo de eo quidquam definire. Non dubito autem nos pulchra multa docturum

doliorum Hottingerum secunda hac editione Cipporum, quum prima plurimum me quidem delellaverit. Sunt mihi porro bini nummi perantiqui, quos Carthaginenses esse existimo: quod alter Punicos characteres pra se ferat. Sed horum explicationem Hottingerus fortassis haud aggredietur: quamvis videam experti ab illo Siciliam Paruta, quo opere Punici nummi exhibentur. Rem gratissimam feceris, si virum dolissimum & summè industrium meo nomine resalutaveris. Vale! Illucris Domine & favere perge illustris Excellentia Tua studiofissimo H. C. Helmestadii 30. Junii Anno 1661.

Hanc ad Boineburgium Epistolam subsecuta proxime est illa, quam ad se scriptram Hottingerus curavit publicari inserique sui de Nummis Orientalium commentatio. Addam verò illam etiam heic, & quidem à mendis typographicis quamplurimi liberatam, simulq; integrum: qualis nempe à me fuit exarata.

**VIRO CLARISSIMO JOANNI HENRICO  
HOTTINGERO SS. Theol. Doctoriac Professori  
incomparabili, Amico meo magno.**

Vir Clariſſime. Hesterio die Redekerus noster & salutavit me tuo nomine, & simul obtulit priores aliquot plagulas cum Compendiis Theatri Orientali tum Appendix Compendiū Theologie Judaica; adjectis & Tabulas binas rei nummaria, tum unam Cipporum Hebraicorum, deinde etiam, si quid habeam nummorum id genus, uti depingi curarem tibique transmitti, rogavit. Ego vero magnau tibi gratias habeo pro bisce omnibus cante omnia Deum precatus, uti incolumem te porro servet bono publico rei litterarie; quippe cui es profecto utilissimus, sive industriam sfellem sive Orientalis doctrina insitaram peritiam. Et verò ipsae illæ plagula mirificè in me incenderunt amorem pariter tui & admirationem: qua cum me pridem occupassent, jam tum aliquoties publica scriptis utrumque testatus sum. Vix sane fero desiderium utriusque tui Compendii. Sed & novam Cipporum editionem avidè expecto. Utinam vicissim tuo etiam desiderio saltim nonnihil satisfacere, in mea sit potestate! Sed veterum numerum, Gracorum Romanorum aliorumque

rumque copias haud exiguae magno studio et si collegerim, Hebraicorum tamen, quod quidem ausim genuinum credere, nihil mihi est. Neque vero binos illos quos possideo Sicli titulo insignitos, alterum Samaritanis alterum Hebraicis hodie sic dulis, sive Assyriacis Esdra, charakteribus inscriptum, arbitror vel vetustatis vel notae bona esse. Vterque sane iusto Sicli pondere caret. - Samaritanus manifestè recentior est: alioquin plane geminus illi, primo loco quem exhibet Tabula tua prime editionis libelli de Cippis. Hebraicis nostris litteris inscriptum nullum arbitror genuinum reperiri: multo minus ergo bunc meum laudaverim. Habet Serenissimi & verè Augusti Principis mei filius natu minor, paterna autem virtutis amulus, Ferdinandus Albertus in Cimelii suis binos aeneos. Sed video alterius imaginem jam abs Te, forrassis ex Clarissimi Schraderi nostri apuscule, expressam nova illa Tabula: Alterius, cum effigie Mosis, iam tum primâ editione exhibitam. Est verè & ille Mosaicus haud dubius adulterinus & à recente atque imperita manu. Habet etiam è nro Georgiu Calixtu nostro argenteum Samaritanis Charakteribus Sictum inscriptum, haud parum vetustum. Sed & ille opud nos morari desit. Vixi quoque mihi est suspicere, cum quod magnitudine non nisi semisclum aquaret, cum quod duntaxat esset pondere drachmarum duarum, totidem scrupulorum, & sex granorum, cum justus Siclus fuerit περισσός μου. Erat cæteroquin plane similis Siclo secundo & tertio Villapandæ, suâ inscriptione pariter & figura. Habet amicus meus Lipsia Samaritanis litteris inscriptum aureum: sed nec illius vel descriptio vel figura ad manum est. Igitur quamvis pervelim, hac tamen parte iuvare Te nequeo.

Ut intelligas tamen animum desiderii tui explendi cupidum, enibi depillos aliquid nummos meos, optimæ quidem nota, sed mibi ignotis charakteribus insignitos. Prioris duo argentei sunt, quasi denarii. Punicos esse suspicor, idque quoniam Antonius Augustinus, dialogo VI itidem Carthaginenses duos aureos sibi esse testatur, in quorum parte altera facies feminæ altera equus sit expressus: unius etiam inscripta litera evidenter esse quales Punicas expressit in Sicilia sua Paruta.

Tertius

P A R A D O X A

Tertius aureus est sive potius iuauatus; sed qui si nec scio, nisi forte Gothicas aliquas fuerit. Quartus pariter & Quintus aveuū est & longe vetustissimus, incomptae vero mibi genti, nisi quod itidem Parici videantur. Sextus nisi vehementer fallor vetus est Eletruscus. Video squideū hic signa auguratus & pontificatus, qualia ab Eletruscuſ accepérunt Romani. Ut verò jam sum fassus, quicquid horum affirmo tantum levibus conjecturā nütitur: certo quod aſſeram nihil equidem habeo. Maleigitur ab aliis doceri. Quod nisi tu posseſſ, fortasse poterit nemo. Qui enim in ſimilibus te ſuperet?

Ut vero ad nummos Ebraicos redeam, non diſſimulabo tibi ~~ad~~ doęa quadam mea. Primum eſt: nullum nummum Ebraicum olim Sicli nomine dīclum, qui noui fuerit argenteus. Alterum: nullum nummum qui imaginem hominū refert genuinum eſſe; eoz, illum Salomonis & Moſis effigie insignitum, & ſi quicquid alii ſunt ſimiles, cum primis qui imaginem habet noſtri Salvatorū, adulterinos omnes eſſe. Tertiū eſt: nullum nummum characterib⁹ noſtris Ebraicis ornatum eſſe bona nota, aut multò vetuſtum. Quartum eſt: non poſſe nullo certo indicio ostendi, nummos qui literas habent inſcriptas Samaritanas captivitas Babylonica eſſe antiquiores. Quintum eſt: nummos illos omnes eſſe cuſos Hosmonororum ac Herodum temporibus, & quidem ab ipſis Iudeis, poſquam cedendi nummi potestate à Demetrio Nicatore Rege fuerunt naſtiſ Samaritanos enim charaderes fuſte in ufo vulgi, Ebraicos autem ſolis ſacris codicibus deſcribendis quaſi dedicatos. Sextum denique eſt: unum duntaxat fuſte Sicli genu, non verò alium Siculum ſacrum aliud profanum. Hac mea ~~ad~~ doęa poſſe me arbitrari noui vanis argumentis ſaltim vero per quam ſimilia facere. Afī nam quidem potius mālo exspectare ſecundam editionem libelli Tui: idque quoniam fortassis adſeres in medium rationes propter quas cogar mutare ſententiam. Id quod facere ſum paratiſſimus, ſimul doceare certiora: utpote quam ſeat, non conſtare huc mihi certū ~~ad~~ doęa, ſed tantum probabili quadam collectio- ne. Vale Vir Clarissime, & ſalve plurimum ſaveque. Helmſtadii XXI Auguſti 1661.

P. S. Proxi-

DE NUMMIS EBREORUM CAP. II.

P. S. Proximis nundinis exhibebit vibi exemplum libri mei de Bibliotheca Augusta Illustri uoster Boineburgius, sedque in pignus amicitia. Observabu vero pag. 113 memoriam sui nomini: ut mihi illa semper est sacra. De Cippis Ebiorum volim audire sententiam tuam, nam quem eorum censere esse valde veterum. Mibi videatur sane, iustitia esse plarque, aut Cippos illos exultos esse à Iudeis, postquam mutavitis in Palastina imperium Christianorum Europaorum. Et verò etiam illi qui diligentissime (ut Brochardus) sunt persecuti ex Christianis nostris res Palastina, quales illa fuerunt ante hos trecentos amplius annos, vix unius & alterius cippi fecere mentionem.

Hactenus Epistola isthac. Sequente autem mense Septembri aliam quoque dedimus ad eundem Hottingerum, additis tribus e Typis nummorum, inscriptionibus Ebraicis insignium. Unus eorum refert illa verba: David Rex & filius ejus Salomo Rex, & in parte aversa figuram adficii aut turris cum lemnate, Jerusalem urbs sanctitatis: Alter senex & anus, in aversa autem Juvenis & virgo, cum litteris initialibus vocum Abrahami Sarce Isaaci & Rebeccae: Tertius reddit iconem & nomen Salvatoris nostri, in averso autem latere, Messias Rex venit cum pace, & luxit ex homine saecula vita. Rite curata quidem & illa Epistola, non rameta nisi nummi secundi imago in Hottingerianis nummariorum tabulis est expressa. Quoniam vero in Responso suo Hottingerus etiam hanc Epistolam respexit, non abs te fuerit hic eam legi.

Fir Clarissime. Quo adjuvem praclaros conatus tuos de Re Nummaria Hebraeorum aliorumque Orientalium popolorum, misi neper depictas imagines Carthaginensem aliorumque aliquos nummorum. Miriter iterum trium Ebraicū characteribus insigniorum nummorum picturas, quas incomparabilis Dominus mei & verè AVGUSTI Principis filii secundo genitu, uiva Serenissimi Patris uirago, ANTON. VLRICVS, Tibi transmitti jubet, ex suorum manus propria

deprincipis. Qui Salvatoris nostri vulnus refert nummum, quin à Christiano recentioribus sit effictus, non equidem dubito: sed & (nisi fallor memoria) jam cum illum publico exhibuisti. Duo reliqui, item parum apud me fides merentur: necessaria Tua censura quidquam prejudico. Singula pondus adscriptum est. Narras porro Precepto, Moguntiacis apud Mesterneckum cathedralis Ecclesia Scholasticum haberi nummum, cum inscripto Ab solonu Davidu Regis Filii nomine; ejusque imaginem facile abs Te posse comparari, curante Boineburgio. Sed forsitan nec ille tantu*m*ribus videatur: mihi sane per quam oī suspicio. Quia omnes hoc exigu momenti esse, ulterò faro: nolui earum deesse studio, si forte etiam suppositio haud ignorare desideravero. Vale

Wolfenbütteli in Aula

XV Septemb. 1661.

Tibi Tuūque studiis  
opimē cupiens

H. C.

Adjungam denique & tertiam meam Epistolam: & quidem ea de causa, ut appareat non inconsulto me ab optimo Hottingero & primam meam Epistolam & censuram ejus Episcopalicam typis esse publicatam.

Vir Clarissime. Quas 22 Augusti exaraviretē tradidit eis pariter nec fuisse inacceptas, latet. Spero autem jam & illas quas 15 Septembri dedit non minus bene esse curatas. Et vero nolum illas perire, quamvis exhibere voluerim nummorum Hebrascorum qui in tesauro sunt Serenissimi Principis Antonii V leicij. Secundogenitus filii regis Domini mei, tanto patri planè simili filii, curvatus: quales abs te quam maximē desiderari arbitror. De nummū alio meū sententiam tuam avoidē expellō. Cavo vero arbitriterū, ingratum mihi fore tuum ab opinionibꝫ meū dissensum. Tantum abest corē ingenium meum ab illis moribꝫ, ut nihil mihi sit gratius quam liberas sententias & ferre possit & audire: idque quandoquidem sole consensione nihil

aīd

DE NUMMIS EBREORVM CAP. II.

Et in vita utilium. ἡγαθὴ δὲ ἡρῷος θεοῦ Βερνία. E vim vero nec invito  
me fies, si Epistolam meam quamvis rudem & non in id scriptam, cu-  
res addi Tuo de Nummis Orientalibus libro, cum libera censura Tua:  
quod Te velle ex Illustri Boineburgio nostro intelligo. Confido enim,  
nec Tibi ingratum fore, ubi dubitationes meas haud exemptas mibi  
senso, si rationibus adductis que visa mibi sunt, licet ἀγόραζα, in-  
genue muniam. Interim Cippi tui, simul in lucem prodisserint, erune  
mibi magna voluptati. Non dubito enim, saltem operam daturum  
Te, quo posis illi fidem & antiquitatis laudem conciliare: qua, fa-  
teor, apud me ferè desistuntur. Vale Eximit Domine, quād diu-  
sistimē bono publico.

Helmstadii 1661.

g. Octobr.

Tui cultor

H. Conringius.

Hicce meis tribus epistolis nunc subjungam ipsam illam  
Hottingerianam, quā respondit vir incomparabilis & plane exi-  
mius meæ primæ ut & parti secundæ. Etsi enim Responsum  
illud jam publicatum sit & cum epistolâ meâ primâ libro de  
Nummis Orientalibus additum: quoniam tamen in paucorum  
liber ille est mōnibus, nec facile fieri possit meorum quæjam pa-  
ro cum Hottingerianis illis comparatio, nisi utrumque sit ad  
manum, itaque etiam hoc loco Responsum illud posse legi, ex  
usu soerit.

Celeberrime Vir. In ore me Tuo esse tanto fateor libentissim  
quætor me Tibi defenerat in omnibus pluribus. Nec pramio suo fran-  
dandus doctissimus D. Redeckerus cum quodd antebac suā me præsen-  
tia dignum astimarit, cum quodd ex Gallia nuper reversus, adēd prolixè  
sua mibi obulerit officia. Occasione præterim, Te, per eum, salu-  
sandi, negligere nec debui, nec volui, hoc ipso rāmen votū meis infe-  
rior, quodnihil esset ad manum, quo instanti viri amicitiam me insinua-  
rem. Humanitatis Tuae singularis est, quod paucos, quas recenses,

page illas tanti fecisti; ut vel reluctanti judicium Tuum colcar adere, & ad pertexendam telam excitare me potueris.

Ego vero gratias, quas deo, agro, maxima, tum pro elabore summo Tractato de Bibliorbe Augsburgo, & bonorisca in eo me inserviente; tum promissu numerorum, vel sola ratiōne commendatorum, ex p̄p̄, pro aliorum querundam ceterisque communicatione, indicio denique factō nummi Moguntia aſſervati, cuius altera facies Absolomi Davidū filii habeat, inscripetanem; quibus, jussa incomparabilis Tui ac verē Augsburgo Principis, filii secundo geniti D. Antonij Ulrichi, Ducū Lueburgicū, &c. (quem honorat Tioē gratissimo acceptum h̄c fero animo) meum de Orientalium nummis Tractatum antiquissimum prodire voluisti. Qua quidem omnia talia sunt, ut vel singula memorem mereantur animum; quem etiam tamdu sacerdē ſpondeo atque candidē, donec pars referendi blandiatur occasio.

Sed quid de nummu Tuū? Non sum Oedipus. Plerosque quidem habent Hebraicos, Samaritanos, Arabicos, Cysicos & vulgari Charactere noratos, vel explicui, vel male redditos restituhibit tamen h̄biles aqua. Priorē duos Punicos esse, libenter darem: si Punica litteraturā & vestigia extarent. Scaliger in Eusebianis suis pag. 110 Punicos characteres cum Samaritanis eisdem esse vult. Nec dum ab aliis, meo iudicio, ostensum perſpicue satū est, cujusmodi veterum Punicorum fuerint elementa. Tuisus proinde & confidentius possum decere, quid non sint, quam quid sint. Gothicū proprius videntur accedere, tum quid equorum habeant figuram, tum quid una & altera inscriptio: nū litera à Gothicū non ablidat. De Tertio minus dubitationis. Gothicū esse, ex inscriptione colligo, cuius tamen literaturam felicius, quam sensum assequor. Ex Alphabeto enim Gothicō, & annexa brevi institutione Grammatica, quam ex Seven, nostrī archivo, nuper, magno meo commodo, amicus mecum communicavī, planū coniūcio, vix ambigendum, quin ex Gothicā numeris ille prodierit efficiat. Reliquae Tres Elii vestimenta, non ego: nisi quid Sextus eam planū referat figuram, quād Romanus nummus Augustus, cum inscriptione Caesar

Cesar Augustus Divi F. Pater Patria, quam habet Jacobus Beatus Antwerp. in Numismat. Imp. Rom. pag. 12, represe[n]tatur. Peregrina tamen iterum, & non Romana scriptura intercedit. Eides, quām nibil occurrat certi! Juvat tamen habere, ut ubi, suo tempore, aliorum accesserit collatio, solidius de iis edi posse judicium.

Nunc ad Ἰωάννην, ut vocare placuit. & Primo quidem tanto facilius accedere possemus, quanto usitatius in ipsa scriptura Siclus pro argenteo, & vicissim argenteum ponitur pro Siclo, cū diximus sup. pag. 114. nisi disertus obstat locu[s], 1. Chron. 21. v. 25 ubi expressè legimus, Davidem Arnano dedicisse Siclos aureos, pondere sexcentos. Heb. בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, quod Vulgatus Siclos aurē καὶ πόδα reddit; Arabs ducentos auri stateres. Cur Syrus habeat quinquaginta stateribus; cum statu[m] Syri quatuor Zukis sive denariorum Romanis (quorum quaque Siclum constitutum) definitus; non video, nisi quod in re summaria veterum Hebraeorum basipes videantur & peregrini. Consul. sup. p. 153. Sed & LXX (eidem foris Ἰωάννης διλογοντες, Siclos tantum dari argenteos) transtulerant oīndus χρυσόν. Talius textus inharetur, qui Siclorum antecorū expressè meminit;

Secundum paradoxum, τὸ δίον consideratum agr̄ū Iudeorum admittere videtur praxis. Scio, magnos esse viros, qui è gravius; aisse scribant Iudeis, tributū Romanis prestitissime, quod ultra dispensum argentis, Casaris etiam imaginem conquirre, manibus correctare, atq[ue] adeo illi offerre cogerentur; cum memores ipsi divine legi omne sculpiile omnemq[ue] imaginē detrectarentur ab aliis tamen jam, Seldeno praesertim de Jur. Natur. & Gent. l. 2. cap. 2. pag. 232. &c. probatum est, Iudeos à pictoris & sculpturis tum animalium tum hominis non abstinuisse absolue; immo ne nummos quidem Christianorum cruce signatos respulisse, cū sup. p. 111. monuit. Nihil ergo obstat existimo, quo minus veteribus Iudeis nummos tribuamus variis hominum etiam imaginibus insignes. In hypothesi tamen, qui Mosis & Servatoris preferunt

I.

II.

figuram nummi, manifesta nimis sunt suspecti, immo convicti, roduimus;  
de Solomonis numero iudicium nostrum extat sup. p. 120.

- III. Nullum verò Tertio nummum characteribus Hebraicis  
ornatum, esse bone note, aut multum vetustum, hancen animad-  
vertire non potui. Quinpositus ex variorum didici collatione, neque  
scriptura Hebraica noratos omnes fuisse χριστιανοί, non cer-  
tè Solomonicos illos, de quibus paulo prolixius sup. p. 120. 129. nec  
Samaritiscā, omnēs esse veteres, non illos, de quibus, pag. 140. Nondum  
enim satis hancen probata coram est sententia, qui quadratis Hebraic-  
orum literis ultimam abjudicant antiquitatem, prout compendio de-  
monstratum à nobis est, Centur. Quest. Theol. p. 118. Veterissimi  
Hebraeorum codices, inscriptions, &c. satis abunde hancen eorum  
vibi commendarunt sententiam, qui non statim, quod Samaritanis  
cares notis, aut elementis, cetero novum, rejiciunt.

- IV. Non posse verò Quarto, ullo certo indicio ostendi, num-  
mos, qui literas habent inscriptas Samaritanas captivitate  
Babylonica esse antiquiores; tanto facilius concedo, quante diffi-  
cilius est, de numerorum ejusmodi Samaritanorum, ob defectum adscri-  
ptiarum Epocharum judicare exacta antiquitatem. Quemadmodum au-  
tem certi nihil de eorum pronunciari potest arata affirmari, ita neque  
zutum satis, videtur omnem numerorum, qui hinc inde in Cimelioribus  
asservantur, veterisatem infra captivitatem annos restriungere. Cur  
enim aliud posteriorum quād priorum Siclorum sit fatum, ut illi tanto  
numero, aut amissi, aut hostium metu absconditi, aut usfatione perditi  
reperientur; hi reperiuntur nūquam?

- V. Pnde, quod Quinto afferatur, numeros illos omnes cusos  
esse Hasmonaeorum & Herodum temporibus, & quidem ab ipsis  
Iudeis, postquam cedendi nummi potestatem à Demetrio Ni-  
canore fuerant nati, Samaritanos enim characteres fuisse  
in usu vulgari, Hebreos solis sacris codicibus describendis  
quasi

quasi dedicatos, difficultate omni non carere existimo. Neg, enim video cur nullos Hasmonaeorum temporibus versutiores, in iherusalem agnoscamus nummos. Vtius nummorum apud Hebraos, & antea quisiuitus fuit, & consuevit. Quandigatur, ex ruderibus Hierosolymitanis, vestas & urbis, incensum templi, vel aliquos posteritati, studiosè investiganti, restet dicamus? De Romanis & Gracis, & antiquissimum quidem, Antiquarii difficulter nos ambigere sinent; cur de solia descreveremus Hebraicis? Spes nonnullorum inscriptiones, qualis est Solomonis, cui nummo non parum eribuo, maiorem saepe pra se ferunt antiquitatem. Ab Hebrais autem eis illis fuisse, in signum duxotomiae literis, ut plurimum vix tamen semper, Samaritanis, non repugno.

Vnum denique fuisse, ratione ponderis, Sicli genu, libenter dedi; VI.  
confermavi etiam sup. p. 124.

Inscriptorum omnia adeoque Cipporum Hebraicorum, de quibus sub finem mones, eadem, proculdubio, auctoritas omnium non est. Que à nimia commendantur antiquitate, sufficienze vix carent. Superesse tamen à milie & amplius annis genuinos & rureos Cippos tam non dubito, quidam certum est, Romanorum & Cratorum multa monumenta & Epitaphia, etiam antiqua, esse yonios. Ab iis, qui Orientem peragrarunt, non diligenter satis vel observata, vel annotata cacte, non miror. Obstatas, usplurimum, cursu literatura Hebraica supellenz, qua postquam Europa familiarior esse capit, multas nobis inscriptionses Orientales, de quibus peculiariis nostra extat dissertatio, erudiveravimusque dispari, & infelici multorum, successu.

Hac omnia duxo gaudijs. Prolixa enim & prameditata commentaria hac vice à me occupatissimo expectari non poserant.

Hoc denique est Responsum ab Hottingero vulgatum.

### CAPUT III.

De nummis illis sex quorum cœtypos sibi missos Hottingerus Tabula prima ære exprimit curavit.

Hoc & præmissis aggrediemur jam ad rem ipsam. Forte ramen haud fuerit absque precio operæ, si ductum meæ de Hotting-

Hottingerianæ epistolæ secuti, dicamus in antecessum nonnihil, etiam de illis sex nummis quorum ectypos à me transmissos tabula prima exprimi Hottingerus curavit.

Igitur in universum non possum non monere, valde ruderis fuisse in exprimendis illis chalcographi manum. Non sane omni ex parte convenic tabula isthæc cum ipsissimis nummis meis, sed multum aberrat; quamvis quædam sint similia.

PRIORES DUOS nummos esse CARTHAGINENSES etiamnum arbitror. Ita autem ut existimarem, moverat me jam tum Epistolam sribentem Antonius Augustinus, harum certe rerum arbiter longe peritissimus. Ufus vero tunc temporis fueram versione duntaxat Latina Andreæ Schotti, qualis illa primum est addita anno seculi hujus Septuaginta decimo operi Numismatum antiquorum à Jacobo Biæo Antwerpia edito & post iterata vice ibi prodiit. At destitutus illa omnibus, ab ipsomet Augustino primæ editioni Tarraconensi aut Hispanie magna cura & accurato judicio passim insertis, complurium optimæ & raræ notæ nummorum iconibus, idque insigni lectorum damno. Versum autem illud longe præclarissimum Augustini volumen est postea & Italice, interprete Octaviano Sada; terque vulgatum & quidem suis iconibus abunde instructum, expressis nummorum typis semel ære Venetiis, bis buxo Romæ. Mihi jam ad manum est editio ultima Romana, quæ prodiit anno seculi hujus quinquagesimo. Quæ ibi reperiuntur autem nummorum Carthaginensium imagines ut Augustini sententiam luculentius multo mihi exhibent, ita me in opinione plurimum confirmaverunt. Spectantur scilicet ibi pag. 186 nummi duo cum equi capite, & sequente unus meis adhuc planè similis. Ne adducam nunc fabulam creditam de reperto à Didone prima Carthaginis conditricæ capite acris equi ut cum Marone loquar, aut equum fuisse olim symbolum Néptuni cui fortunam suam Carthaginenses retulerunt acceptam.

De

De conjectura mea circa alterum nummum, præter equum referente etiam literas quasdam, dubitavit Hottingerus: quodnam scilicet illi characteres diversi sunt à Samaritanis, quos tamen Josephus Scaliger & Punicos esse in Eusebianis suis affirmaverit. Verum enim vero unicum illud Scaligeri, quamvis viri incomparabilis, pronunciatum non est tanti, ut propterea agnoscam characteres mei illius nummi non esse Punicos. Quamvis enim & Reinesius noster, vir summus, libello de *Lingua Punica c. 12 n. 34* existimaverit, nihil ferè esse quo possit certi aliquid de Punicis Carthaginensium literis definiri; & Reinesium tamen & Scaligerum resellere plusquam idonea sunt, præter illa à Paruta memorata ad quæ Epistola provocavit, etiam alia indubitate fidei Carthaginensium quædam nomismata. Etenim & Fulvius Vrsinus in suo *Illustrum Imaginum per insigni libro*, ex argenteo nummo Hannibalis pariter atque Amilcaris imagines dedit, Punicis literis insignitas: & quæ Antonius Augustinus sexto dialogo proposuit idem Punicus habent characteres. Reperiuntur vero similes in Thesauris nummariorum passim: ut mihi quoque præter binos illos sunt etiam alii. Vel illa autem paucia docere nos possunt, non Reinesium duntaxat sed etiam Scaligerum errasse. Et verò haud omnino sunt dissimiles quidem Samaritani & Punci characteres, non iudicem tamen, immo vero nonnulli horum affiniiores sunt Assyriis sive vulgaribus Ebræis nostris.

Cum invitet occasio, addere forte haud abs re fuerit: Joannem Jacobum Chiffletum, antiquariz rei perquam studiosum immo eruditum, exhibere *Vesontionis pag. 7* imagines nummorum haud multum dissimiles Carthaginensibus meis, cum inscriptionibus tamen Latinis. Suspicatur autem fuisse veteres Sequanorum nummos. At vero populum aliquem Galliæ adhuc liberæ Latinis characteribus fuisse usum, non produnt antiqua monumenta, quanquam de Græcis literis id commemoretur. Ne quidem post

Galliam à Romanis devictam, ulli Galliæ populo & quidem Se  
quanisjus fuisse cuendæ monetæ, temerè probaveris. Veri-  
similior viderit, Chiffletianos illos nummos in Africa & Carth-  
agine esse confectos auctoritate Romanorum, atque ita & priscum  
aliquid præ se ferre Punicum & novum Romanum.

Non modo quoque etiamnum de nummo TERTIO  
coniecluram, nempe eis illum GOTHICVM. Ipsemet vero  
& Hottingerus consentit. Chiffletus pag. 207 Resonoris refert  
imagines aliquot nummorum aureorum: quos Vefontionenses  
vulgo Gothicos quidem existimant esse, sed sipse Procopii 13. de  
bello Gotbico quasi ductu, mauli Burgundionibus ferre acceptos.  
Ego de illis quidem aureis cum Chiffletio non pugnaverim;  
micum tamen vindico portius Gothis. Et quidem verisimilior  
Westrogothis quam Ostrogothis: quoniam hi occupata Italia  
Romanos sibi characteres adseverant, id quod liquido ostendit  
nummi Theodorici, Amalasuenta & aliorum Ostrogo-  
thicæ gentis regum; illi autem, etiam in Hispania, sic satis dia-  
pricas suæ gentis literas retinuerunt. Quod itidem illius  
populi superstites nummi etiamnum oculis exhibent. Ejus-  
dem autem notæ videtur fuisse etiam ille nummus aureus in  
paludibus Frisiae repertus, cuius typum Nicolaus Mullerus,  
eximii nomini Mathematicus, vulgavit: non tamen certo asse-  
ruerim.

De QUARTO & QVINTO nummo maner itidem  
michi que olim fuit suspicio. Nec tamen diffiteor, tenuioribus  
longe illam subnixam esse indicis.

SEXTUS quo minus sit Etruscus, non moveat me longe di-  
versi characteres Tabulae Eugubinae: quia jam pridem est comper-  
ta sius in illis fictione commissa. Similem ex parte esse illum  
Augusti Imperatoris nummum, qui in Tabula nummaria Jacobi  
Bizi duodecima primo videtur loco, (ut alibi autem frequenter  
ita & inter nos vobres Romanos nummos non semel repperimus)

DE NUMMIS EBREORVM CAP. III.

recte observavit Hottingerus. Inscriptio tamen planæ alia est. Ut videatur Augustus, quo tempore Cajum ac Lucium Cæsares, Julia & Agrippa genitos, adoptasset, atque Auguratu & Pontificatu decorare meditaretur, Etruscæ religionis monumenti æmulatione filiorum gloriæ studuisse.

Pervenerunt in possessionem meam, post scriptam Epistolam, & alii nummi quidam ignotis characteribus insigniti: sed non est quare de iis quidquam heic aditeram, in tantis tenebris. Nec verò placet sectari inutiles minutias, aut in horridis quasi senticetis divagari. Sunt autem eorum nonnulli sortassis Opici aut Osci artificii. Cujusmod, quantum intelligo, hodie non Italia dunt taxat sed etiam Hispania habet adhuc plurimos: et si raro eorum imagines compareant. Et verò Antonius Augustinus unicum duntaxat depinxit. Abrahamus Gorlaeus in Paralipomeno, *Talula nummaria* XLII decem, XLIV unum ejus generis quidem exhibuit; sed illud opus, eximium quamvis & locuples, in paucorum est manib; adhoc usque adeo rarum, ut Indiculi Scriptorum ei nummariaz veteris, quamvis Gorlaeano opere recentiores, eius nullam faciant mentionem; ipse imò Carolus Parinus, si quis alius rerum ejusmodi & industrius & felix hodie indagator, ne quidam ubi omnes recenseret qui Familias Romanas post Fulvium Vrbinum sunt persecuti, Gorlaeani voluminis, quo tamen post illum Augustinum ingens accessio facta est notitiae Romanarum Familiarum, vel verbulo meminerit.

Claudam hoc caput parte epistolæ, quam anno 1652 Kal. Febr. ad me Lipsia dedit Henricus Mejerus, pridem pie defunctus, amicus olim meus non c multis, nummorum autem veterum summe studiosus nec minus eorum peritus (cui meos equi figura insignitos nummos spectandos miseram) quoniam docet nonnulla de Africanis nummis antiquis non sanc proletaria. Quæ tamen hoc ipso nostra non facimus, aut quasi tacito consensu approbamus. *Numidicos cur vocitem quosdam, quos ego tuis,*

Vir summe, similes quoque possideo, ex me scire desideras; dicam. Fatio id auctoritate vobis a cōzion Luccii, in hīgnis quondam Argentoratenfis Antiquariori, qui id me edocuit, sibique hoc esse compertissimum asseveravit. Et quoque in altera eorum parte imago effrenis ac informis quodammodo equi, plane à Græca elegantiæ artificiæ alieni. Constat vero ex Virgilii IV. Æneid. infrenos esse Numidicos dicitos, quod equos suos non freno aut capistro, cum reliquā populu sed virgula duntaxat regerent. Diferunt bi Numidi immensum quantum, si vel cudenti artificium, vel etiam quod præcipuum, literas impressas pectes, à Graciis. Habent quidem & Graci literatos nummos peregrini noti: sed illū plane diffimilius. Observaverat me ego quoque in Goltzii Graci Tab. XIII num. V & VI literarum peregrinarum, non omnino ab Ebraicis abludentium ductis, easq; Phœnicias esse colligebam; sed in tanta illius lingua nocte, an rem retiguisse, an falsa est, juxta cum ignorari scribi. Advolavi igitur ad celeberrimi Reineshi, in bus studiis, ut reliqui omnibus, accuratissimi censori oraculum. Is mibi Oedipus & legit & interpretat eis. \*\*\* Zaxaaß legebat, Panicaque lingua equi caput significare dicebat, ob figuram ῥηγματικων, à Cartaginensibus, civitatu sua fundamenta jacentibus, inventa, juxta Justini 12 & Virgilii Æneid. 3 librum. Confirmabar ego in mea sententia firmissime qua ad Tuam quoque procul dubio accedit, Phœnicas literas Samaritanas non fuisse. Quisquid etiam celeberrimi Viri Scaliger & Hottingerius statuant. Hæc omnia eximius ille quondam amicus noster Mejerus.

## CAPUT IV.

Nummos omnes Ebræorum, qui dicti sunt  
Sicli, fuisse olim argenteos.

Hilsee ita præmissis venimus jam ad Paradoxa nostra, de quibus agere nobis est maximè propositum. Persequemur autem illa isthac ordine quo à nobis sunt in medium adducta.

PRIMUM igitur Paradoxum hoc tuit: Nullum nummum Ebraicum olim Sicli nomine esse dictum, qui non fuerit argenteus. Solet videlicet

videlicet à quammultis, non è vulgo duntaxat sed etiam exerudit  
orum ordine, vox isthac usurpari tantum nonde omni nummo  
Ebræo, etiam æreo & aureo. Id quod perperam fieri, videtur  
mihi haud una ratione posse demonstrari.

Et primo quidem hoc ostendunt ipsi qui etiamnum superant  
Ebræorum argentei nummi. Etenim argentei tetradrachmi, qui  
quidem sunt genuini, inscribuntur: *Sekel Israël*. Si argentei autem  
illi demum audierunt ἀπλᾶς nomine *Sicli*, non potuit compere  
illa *Sicli* appellatio æreis vel aureis quamvis ejusdem ponderis.  
Supersunt præterea argentei διδραχμοι cum inscriptione Samari  
tanæ: *Chatzi Schekel Israël*, sive *Dimidiu Sicli Israëli*. Qualem  
nummum etiam Mosi Gerundensi, teste *Ariemontano in Epbron*,  
vism, primus Villalpandus spectandum exhibuit. Fecit idem  
Waserus cap. 6. Quod si etiamnum inveniretur *Sicli* Triens  
& Quadrans argentei, etiam illi possent hoc ostendere. Sed  
hactenus mihi visi non sunt nummi isti, nec mihi quisquam in  
notuit qui eos superstites memoraverit. Et sane Waserus cap. 7  
de Triente, cap. 8 de Quadrante *Sicli* egit: produxit quoque  
utriusque ectype & inscriptiones diversas, sed ex conjectura  
duntaxat. Quod liquet vel ex illis verbis, quibus septimum  
caput de Triente claudit: *Probabile est, neque hujus nummi no  
ta vel symbola alia fuisse, quam que fuerunt Sicli integræ tetradrach  
mi.* Quare liber etiam iisdem cum figuratum hic exhibet, cum hac  
tamen altera parte diversa inscriptione Schelischitu baSchekel Israël,  
*Triens Sicli Israëli*. Etsi autem Triens & Quadrans *Sicli* forte  
nunc nullus reperiatur: soli tamen superstites *Sicli* integræ para  
doxo meo probando sufficiunt.

Præbent vero & alterum argumentum reliqui adhuc ærei  
Ebræorum nummi. Habemus videlicet etiamnum, qui pon  
dere Siclum integrum aut Semisiculum aut Quadrantem æquant,  
summos ærcos; quorum nulli tamen inscriptum est aliquod à  
Siclo acceptum cognomentum. Et verò æreus est τετραδραχμός.

I.

II.

arque adeo Sicli pondere, nummūs ille, quem singulari opusculo Cl. Schraderus noster eruditè illustravit: quemque pōst Hottingerus Tabula quinta loco quarto curavit exprimi. Sicli etiam pondus habet consimilis fere æreus Hottingeri, qui quintus est Tabulae tertia. Ejusdem metalli est ille, si pondus species, Semisclus, quem post Villapandum, Waltonum, & Kircherum exhibuit Hottingerus Tabula tertia loco secundo. Etsi enim hunc nummum, ob palmæ & radicis balsami figuram, non nihil habuerit suspectum Hottingerus pag. 148 editionis iteratæ, ut & priorem, quia est æreus pag. 143 c. Post tamen agnoscit genuinum utrumque. Speculum Villapandus & post eum alii quadrantem quoq; æreum præbuerunt. Ac proinde existant nunc etiam variii nummi ærei Ebraeorum. Etsi autem si statera eos examines ad Sicli pondus sint exacti, non tamen in omib; illis ulla Sicli sit mentio.

Haud dissimulabo nihilominus illud quod doctissimus Hottingerus annotavit plagula prima libri cui Bibliothecario titulum fecit. Agens quippe de illo æreo Semisculo quem Tabula tertia secundum habet, de versæ eius parte ita scribit: *P*osterioris facie litera *m*agnam partem sunt exæsa, nibil tamen omnibus diligenter expensis colligi aliud videtur, quam *Siclus Ierusalem sanctæ*. Si sane reæ legerit Hottingerus, cadit vis secundi mei argumenti. At verò jam tum liquet, ipsummet vitrum summum diffidum sive illi lectio. Sed & quì possit ibi legi vox *Siclus*, cum tamen nummus iste duas duntaxat drachmas vel pondus Semisclii exæquaverit? Hæc igitur quidem Hottingeri hariolatio non est quod nos hic turbet. Ac proinde manet robur argumenti adducti.

III. Confirmant porr̄ sententiam meam Flavii Josephi dicta. Haud dubie enim ille testis est locuples saltim eorum quæ ipsius etate in Iudeorum republica usitati fuerunt moris. In universum autem potest affirmari, nusquam in omnibus Josephi volumini bus Sicli vocem ἀπλας fuisse positam, nisi de quatuor drachmarum

rum Atticatum ponderis argento. Απλατινοὶ inquit nunquam aliter à Josepho accipi: quia Sicli vox proprie pondus significat περισσότερον, atque ita omnis generis metallo potest. & sapienter à Josepho solet τινί quoque adjici, si illud ejus fuit ponderis. Adferemus in medium ex omni illo numero unum duntaxat vel alterum testimonium. Et verò unum pro quamplurimis esse potest Josephi dictum, quod habetur l. 3 cap. X Antiquitatum ἐπὶ Σικλωνοῖς νόμοις οἰησθεῖσιν αὐτοῖς διχραις δεσμοῖς παραγαγεῖ. Non de pondere hinc loquitur Flavius sed de pretio. Cum drachma itaque Attica, in quantum monetae species erat, fuerit argentea, etiam Siclus utique καὶ ἔχον argenteas ejusmodi monetas apud Ebraeos designavit, saltem illa Josephi tempestate. Significavit verò paulo post etiam diserte Josephus, de argenteo nummo sibi sermonem fuisse, addens: Ιφεροὶ οὐδὲ Δεργάσσοντες τοὺς εἰλεύθερους, οἱ Κατανοοῦσιν ἀχεὶ πινακοῖς γεγένεται. Non minus evidens porro testimonium Josephi potest peti ex iis quæ l. 7. cap. X λεχανισμὸν illæ narrat de empta area Oronnæ Jebusæ. Textus scilicet Ebraeus habet, emptam illam quinquecenta Siclis argenti. Septuaginta vertentunt: εἰς δέχεσθαι πινακαῖς σιδηροῖς. Josephus autem nullam facit argenti mentionem, sed simpliciter scribit: πινακοῖς σιδηροῖς γεγένεται τὸν τὸν ἄλλων. Alia ex Josepho adferre in medium, supervacue fuerit operæ.

Possit forte computari in rationibus etiam illud quod Graeci interpres v. 20. cap. XV, l. 2. Regum, cum de Siclo argenti esset sermo in Ebraeo textu, sola Sicli voce fuerint usi. Sed forte videtur ab illis id factum brevitatis gratia, quia argenti paulo ante fuisset facta mentio. Itaque non provocabimus isthuc.

Cæterum saltim post solutam captivitatem, aut parta jam per Hasmonos libertate, Sicli nomine ἀπλατινοὶ usurpatam fuisse monetam argenteam, ex Josepho est liquidum. Non ultra illam ceteram, fateor, extendit se ferme vis etiam argumentorum reliquorum. Demonstrabimus enim, omnes non Siclos tantum sed τριῶν etiam num-

nummos superstites, deberi Hasmonaeis aut Herodibus: ac proinde iis, qui ex nummis illis ostendere nituntur usum, qualis ille fuit antiquissimis ante Babyloniam captivitatem temporibus, me non accedere, haud euidem dissimulaverim.

## IV.

Jam tum diu autem ante calamitatem istam Babyloniam, Sicli vocem accipi solitam ἀπλὸς & καὶ ἵξοχη de argento quatuor drachmarum sive Sicli ponderis, liquet vel ex uno illo quod habetur cap. 30 Exodi de dimidio Sicli offerendo, argenti vocabulo omisso. Quod si enim fuisset recepti moris, vocem Sicli ἀπλὸς positam non de solo argento sed alio etiam metallo aliquo accipere, non potuisset populus intelligere quodnam metallum Deus offerri vellet: & omnino disertè debuisset metallum illud indicari. Non nisi argenti autem Semisiculum mandato isthoc divino offerri esse præceptum, utique in confessio est. Nec veroid Rabbini duntaxat confitentur, sed etiam liquer ex interpretatione & Josephi illaquam modò adduximus, & Interpretum Septuaginta, qui verterunt τὸ ἅμαυ τὸ διδεόχημα. Non enim nisi argenteum quid illo διδεόχημα nomine sine ulla adjectione posito, Græcis omnibus mos fuit appellare. Eodem autem significatu etiam alibi in V. T. scriptis Siclus accipitur. Ut 2. Reg VI L. v. 1. & 16. Ubi Græci interpretes ἀπλὸς quoque habent σίκλης, nec minus ipse Josephus I. 9. Λεχασθ. cap. 2.

## V.

Jam isthoc præterea antiquissimo, τέρῳ Sicli appellationem fuisse argento quasi propriam, indicat haud obscure, etiam illud quod legitur Genes. cap. XX. v. 16: Abimelech Regem dedisse Abrahamo mille πόσι i. e. mille argenti, elliptica ορέσθι. Ibi enim vocem Sicli subintelligendam esse, omnes consentiunt. Eoque & Septuaginta verterunt χίλια διδεόχημα: quia voce Siclum ab iis significari notum est. Quod qui sit factum, cum Siclus fuerit πριν διδεόχημα, infra dicemus.

Ceterum viderunt iam pridem vim ejusmodi argumentorum nonnulli quoq[ue] literaturæ Ebraicæ principum. Hinc Arizemontani hzc

Hæc sunt verba in Ephron, ubi agit de Siclo pondere. Non putamus, auream monetam aliquam fuisse quæ Siclus diceretur: neque aream etiam, Quanquam non inficias ibimus, fuisse aureas & areas monetas, verum aliis nominibus dicitatas. Quosdam etiam aureos nummos vicenum Siclorum, quosdam vicenum quinorum, alios quindeciorum in usu fuisse, quæ Mina partes dicerentur, ut exponit Camhius in Ezechielem 45, 12. Sed certum auri vel aru Siclum, eodem nomine dictum, non factum in antiquorum libris agnoscimus. Sed cum de Siclo auctor eius Scriptura meminerunt, pondus ipsum non valorem esse affimandum, arbitramur. Hæc Ariamontanus. Quæ mox multis ex Scriptura S. petitis exemplis egregie confirmat.

Idem approbat Waserus: & quidem ut sua videatur ex Ariamontano transcripsisse iisdem propè retentis verbis. Ita enim ille loquitur l. 2. de Antiquo nummū Hebraeorum cap. 3. pag. 58: Hebraicus Siclus apud populum veterem Hebraum ex instituto Dei fuit in usu: ùg, duntaxat argenteus, ex argenti videlicet metallo percussus. Nec enim aureum aliquem vel areum vel ferreum, qui Siclus diceretur, nummum fuisse, ex antiquorum monumenis colligitur: quam non repugnet, fuisse aureos vel aeneos nummos apud Hebraeos, verum aliis nominibus dictatos. Item pag. 64: Observant Hebrei, quod diligenter notandum, Siclicum Sacrum profani nomen non semper exprimi, sed sere nomen Ceseph b. c. argenti è quo Siclus processus, simpliciter ponit; tamque Siclum ejus metalli semper esse subintelligendum. More etiam Latinus usitato, apud quos, centenos aru, & mille aris, & dena millia aru frequenter legas, subintellexis ubique osib[us], qui ex arte procusfuerunt, & per quos non tam expresso quam tacito nomine numerabant.

Ipsomet porro Horriigerus in Epistola scribit: usitate in ipsa scriptura Siclus pro argenteo & viciissim argenteum ponitur pro Siclo, eeu diximus supra pag. 114. At vero illa pagina dixerat: ἡ πόλις οὐδὲ Σίκλις sunt equipollentia. Item: nomine δέην & consimiliter posteriorum Siclos intelligi.

Verum enimvero, idem tamen vir doctissimus jam tum scripsérat pag. 217 primæ, & 130 secundæ editionis: *Siclos etiam dari aureos, i.e. didrachmum aureum, ex 1. Chr. 8. 21 observat Brerewodus.* Quin hanc sententiam Brerewodi suam fecit in eo quod mihi reddidit Responso. Neutiquam verò vel sic eam mihi persuasit. Etsi enim dicat Hottingerus, in *Chronici expresse legi*, *Davidem Arnoni dedisse Siclos aureos pondere sexcentos.* Item infra: *Tutius textui inhæremus, qui Siclorum aureorum expresse meminit: neque me fugiat ita vertisse Pagninum.* Attamen ipse Hottingerus verba Ebræa illa adducit, quæ non aureos *Siclos* sed *Siclos auri* significant. Vulgarus interpres, ipsomet Hottingero fatente, *et nida reddidit Siclos auri.* Septuaginta item *σικλοὺς* verterunt: non *σικλοὺς δύλωντες* *Siclos tantum dari argenteos* (quod tamen & illos credidisse certum est, meritoque debuisset non leviter sperni) sed quia sic invenerunt in Ebræo. Fecit idem & Lutherus noster: *Golt am Gewicht sechshundert Schel.* Etiam vero Arabs, teste Hottingero, interpretatus *auri stateres*, non nummum intellexit sed pondus stateris: non enim duntaxat moneta stater est sed etiam pondus. Perspicuum porrò est, sermonem ibi esse de pondere. Pagninus utique diserte: *pondere sexcentos.* Græcus ὀλυμπίας ιξάνυοις: Vulgatus, *justissimi pondere sexcentos.* Solo pondere itaque numerus ille Siclorum sicut judicatus & constituit. Id mirum verò quod Hottingerustefatur, interpretem Arabem agnosceré *ducentos auri stateres*, Syrum σικλῶν quinquaginta stateres: quorum neutrum textui Ebræo Chronicí convenit. An Syrus credidit mendum subesse, adeoque maluit etiam hic exprimere quod legitur 2. Samueli c. 24? Sane & aliis locus hic suspectus habitus est. Docte tamen de hac varietate differentem Ariæmontanum, ubi agit de Siclo pondere, fuerit opera pretium audire.

Sed de Hottingeriana objectione forte plus satis. Validioris momenti videatur, quod amicus quondam noster, quem iam præce-

præcedente capite laudavimus, Henricus Mejerus Lipsia ad me anno quinquagesimo septimo hujus seculi prescripsit, de quodam suo aureo elegantissimo, qui earundem & figurarum & inscriptionum erat cum Siclo argenteo genuinæ notæ. Quod si sanè fuerit is genuinus, jam res omnis facilis esset definitu, & valerent nihili adductæ abs me rationes pro Siclo argenteo. Verum enim vero nec ipse vir doctus ausus fuit ejus aurei γνωστοῦ asserere. Laudavit cum primis elegantiam singularem. Illa autem mihi visa est argumentum τοδιας: quoniam scilicet quotquot alii superant nummi Ebreorum, sive argentei sive ærei, elegantias nomine non merentur aliquam singularem laudem.

Idem probare nisus est, olim fuisse in usu aureos Siclos, ex illo Maimonidis dicto: conslati esse duos Siclos argenteos in aureum. Sed longe rectius id intelligi potest ex iis qua Hottingerus habet pag. 104. In Talmud babetur: conslabant Siclos in Darbinoth propter onus via. Glossa babet: Darbon continebat duos selabim, dicitque, quod conslati fuerint isti Sicli qui fuerunt ex argento in nummos aureos, ut levius foret onus ipsorum. Hic sane de nummo aureo Sicli dicto appellatione nihil legitur. Ne quidem hinc liquet, Darbinoth fuisse nummos aureos Ebreos: aut duos Siclos fuisse transmutatos in unum aureum. Conflatio enim ibi est permutatio.

Provocavit idem amicus noster ad illa Josephi quæ nos pro contraria sententia, atque adeo nostra, adduximus ex cap. 9 l. IIII Λεγανολογιας. Non permettere autem illa aliam Sicli monetam quam argenteam, nos jam tum evicimus.

Provocavit denique ad Josephum, ubi illa quæ Numerorum cap. vii leguntur de auro, ex quo consecræ fuerint γυιναι, interpretatur γυινων Δαρχην δίκα δωραδύλων: Daricum autem fuisse duncaxat duarum drachmarum. Nihil autem & illa faciunt ad probandum id quod in questione erat: Si cl nomine olim apud Ebreos aliquem fuisse aureum, Imo ne quidem probant, nummum aliquem aureum in usu fuisse quandam Israëlitis. γυιναι vero illæ

aureæ fuerunt Sicli pondere , atque ita valuerunt tantundem atque Josephi ætate Daricus aliquis. Erat nempe id nummi aurei Persici genus tunc in usu , & pondere convenit cum Siclo. Pollux enim quidem διδεξχων facit Darium : sed loquitur ille de drachmis Alexandrinis, quarum singulæ æquabant drachmas duas Atticas. Suidas & Hesychius Stateris aurei nomine vocant Darium : habito respectu ad drachmas Atticas. Ut manifestum sit, Darium æquiponderasse Siclo. Quicquid veò hujus sit: ex eo quod Josephus passim Siculum autem solet cognomento Darici appellare, potius colligere est, nullum aureum nummum Ebræis Siculum audivisse, ac proinde coactum quasi fuisse Josephum , ex vulgari usu Darici cognomentum Persicum assumere.

Manet igitur id quod diximus : nullum nummum Ebræorum Sicli nomine fuisse dictum quinou fuerit argenteus. Id quod erat probandum.

### CAPUT V.

Nullum nummum Ebræum, qui refert hominis imaginem , esse genuinum.

**P**ERGIMUS ad Paradoxum secundum, quod ita sese habuit : Nullum nummum qui imaginem hominū refert genuinum: ideoq; illum Salomonū & Mōsis effigie insignitum, & si qui alii sunt similes , cumpromī illum qui imaginem habet nostri Salvatoris, adulterinos omnes esse.

Probo hoc ipsum dupli argumentorum genere. Primum est, quod in universum Israelitæ veteres hominis effigiem, saltim non nihil extantem, tanquam lege divina aliquid vetitum non approbaverint, ac proinde nec nummos suos ea ratione esformaverint. Alterum est, quod omnes laudati aut superstites nummi, in illum modum, hominis scilicet imagine, insigniti, qui quidem solent Ebræis autoribus adseribi, malæ sint notæ ac supposititii.

Quo-

Quorum argumentorum prius, non tantum id evincit quod probandum est, sed etiam hoc, nullos omnino id genus nummos signatos fuisse olim, atque adeo tales nec periisse quidem vel usquam extitisse.

Ceterum ut prioris quidem illud assertum liqueat, observandum est: saltim ab Hasmonaeorum usq; tractate fuisse olim usq; ad excidium gentis, persuasum Israelitis, imagines vivorum animantium, cumprimitis vero hominis conficerere, lege Decalogi divina esse prohibitum. Non disputabo jam, bene an secus ita visum fuerit; scilicet autem id esse, haud difficile probatur est, ex Philone pariter & Josepho, quos constat, paulo post Salvatorem nostrum & vixisse & morum doctritaque tunc receptae gentis suae fuisse utique peritissimos. Simpliciter sane loquitur Philo *I. de Gigantibus*: ὁ μάθης τὰς δοκίμας ἡ γλαφυρότεραις ζωγραφίαις τὸν αὐδερασθεναῖς, ἐπὶ τῆς κατ' ἀντόνιον πολιτείας οἰκήσατον, Moses illas speciosas & magni pretiis artes Pilularum & Statuarium ex sua republica seclusit. Idem *I. de Legatione* diserte ait: γερΦικὴν πλαστικὴν θλαθεραῖς δημιουργοῖς Pilularum & Plasticē noxia artifices. Item: μὴ ἄχαλμα, μὴ ξυαστέν, μὴ ζεαφιλό, non effigiem non simulacrum non pilularum. Laudat, fateor, quidem Pingendi artem etiam Philo *I. de Somniis*: sed non laudate eius usum in gente sua, minime ad imaginem animantium aut hominis. Flavius porrò Josephus *I. 19 cap. 4* Αργυρολογίας narrat, qui ante Pilatum fuerant Præsidē solitos Hierosolymis uti signis militaribus, non habentibus Cæsarum imagines, à Pilato autem clupeos Cæsarea allatos Hierosolymam cum effigie Cæsaris, οἵτινες καταλύσσει τὸν τόπον ιερούσαλα, Item: εἰκὼν πολέων δοπτυχαρδονών ἡμίτετρη τίμια, *Legi nobis prohibente confessionem imaginum*. Addit vero, tumultuantem populum non quievisse, nisi clupeis istis Cæsaream reductis. Idem Josephus narrat, Vitellio per Iudæam contra Arabes exercitum ducturo cum imaginibus signorum, occurritisse populum id deprecatum, οὐδὲ δυνατὸν ἥτις πάτερ τοντορεῖται οὐκότας τῆς δυνατῆς φιλομέτρας, non enim

enim esse patria moribus consuetum videre idatas in illam imagines. Eodem teste, cum Herodes Rex Antipatri filius trophya erexisset, & imagines humanas iis occultari populus crederet, exclamavit, μὴ Φίλεις εἰκόνας αὐθόπους ὃ τῇ πόλει, non permissuros se imagines hominum in urbe. Idem Josephus in historia sua vix refert, missum sese à populo Hierosolymitano ad Tiberienses, dirutum ab Herode Tetrarcha extructam ibi domum, ζώντων φάσαις ἔχοισε, ταῦτα νόμον ὑπειπονδέαζεν ἀπορεῖσται, animalium imagines habentem, cum leges tale quid construere vetaverint. A Josepho ipsomet, animalium figurās ἀπλοῦς lege vetitas, creditum esse, manifestum est ex hisce verbis quæ de Salomone proscruntur l. 8 c. 1 Λεξιαλογίας: αἱμαφθὲν αὐτὸν ἔτυχε καὶ σφαλῆται τὰ Φυλακῶν τοιςίμων, ὅτι τοὺς χαλκῶν βοῶν ὄμοιόματα κατεπονᾶσσε, τοῦ ἐπὸν τῷ θαλάτῃ αναβίπατι, καὶ τοὺς λέοντας τοὺς τοῦ Θεού τὸν ἴδει. Peccare illum contigit, & discedere à prescripto Legum, dum ancorum boum simulacra construxit in basin mari, & leonum circa proprium thronum: addito: οὐδὲ γὰρ ποτὲ ὄντος, nec enim talia confidere facit. Quæ verba liquido testantur, illam quæ toti tum genti Israëlitice, saltim in Palæstina & Ægypto, sive communis persuasio, etiā Josepho fuisse probaram. Nec vero est quod suspicemur, Philoni & Josepho aut aliis paucis ita tunc visum esse. Veturant sane ejusmodi quid suspicari saltim narrationes Josephi paulò ante adductæ, & ex adverso luculenter hæc ostendunt, placuisse illam sententiam tunc toti populo. Quin imo non obscure eandem sequutus est ipsomet Origenes, haud dubie quod illam à Judæis accipisset. Ita enim ille loquitur l. 4 contra Celsum in Latina versione Hœschelii.

*Apud Israelitas nemo qui imagines faceret locum habuit. Nam in eorum civitatem nullus admittebatur Pictor, nullus Statuarius, lego totum hoc genus arcente.*

Verum enim vero illam Legis interpretationem non equidem ipse probo. Mihi autem nunc satis est ostendisse, eam Philonis saltim & Josephi tempestate populo in Palæstina fuisse persuasum.

Sed

Sed & ita tunc docuisse Pharisæos aliosq; Legis doctores , argumen-  
to est communis sententia & Pharisæismi Grecorum. Ne quid  
nunc dicam, quod ipse Josephus Pharisæorum hæresi fuerit ad-  
dictus, & proinde simul eorum Legis interpretationibus quamvis  
minus probis. Jam autem prævaluerunt Pharisæorum dogmata  
salm in vulgo Judæorum per omne ævum Hasmonæorum impe-  
rii. Etiam ergo hæc quoq; Legis interpretatio omni illo tempore  
fuit recepta. Atque adeo saltem illa omni tempestare fuit apud  
Judæos nesas habitum, humana figura nummos signare. Forte  
nec admissi temere sunt in usum nummi à gentilibus hoc signo  
inscripsi: quoniam nempe audivimus, ne pastos quidem tunc  
Judæos humanas imagines ad se transferri. Forte inquam: nec  
enim hujus est loci vel affirmare hoc vel negare. Satis est de-  
monstrasse, quod illa quidem temestate omni à Judæis ipsis non  
fuerint nummi humana imagine signati.

Num jam ante recuperatam Hasmonæorum ductu popu-  
li libertatem & Pharisæorum exordium , rigida illa divinæ Le-  
gis de animantium atque hominis imaginibus interpretatio ob-  
tinuerit, difficile definitu est, quia in neutram partem suppetunt  
qua hic nos instruant monumenta. Verisimile autem est: homi-  
num præcipue imagines damnari cœpisse cum Græcorum in Ju-  
dæos imperio, atque adeo & utriusque populi confortio: quo-  
niam nempe Græci Diis suis humanas figuræ tribuerunt, quos  
Romani sunt imitati: qui mos nec Persis, nec Chaldais nec Pa-  
læstinæ vicinis Syris fuit in usu: sed Animantium imagines de-  
testari populum cœpisse jam ante, quo alienos sese redderent à  
Syriæ & Ægypti idolatria. Ceterum & Salomonem violasse  
divinum de imaginibus præceptum, bobus æneis mari portando  
in templo locatis, ut & leonum simulacris in splendorem regiæ  
sedi additis, quod Josepho visum, id vero nimis est Pharisæicum.  
Non enim in ipso templo Deus aut ejus sacerdotes fuissent  
passi, Divinæ Legi cum populi scandalo reQA Salomonem  
adver-

adversari: certe Deus non probasset illam ædem certissimis di-  
vinæ suæ inhabitationis indicis. Nolo quidquam addere de  
Cherubeis ipsam arcam fœderis, loco omnium sanctissimo,  
alis suis obumbrantibus. Etsi enim Thalmudici eorum al-  
teri masculi alteri sc̄eminæ faciem, nonnulli & pedes bisulcos  
aliaque monstrosa utriusque attribuant, quoniam tamen nihil tale  
prodidit sacer codex, & populo Cherubum conspectus fuit ne-  
gatus, adeoque fuerit incognitus, merito Thalmudica ista ceu  
commentaria sunt aspernanda, si non damnanda. Mihi sanè pla-  
ceret hac parte id quod Josephus scribit l. 8 Αρχαιολ. cap. 2 τας δι  
χερυθεις ειδεις, ονται πηγης νεανις, επειν ειδος εικασται διβαται. Cherubes  
autem, nemo quales fuerint dicere vel imagine exprimere potest. Cui  
simile quidjam dixerat l. 3 cap. 6 procul dubio ex sententia sui ævi  
Rabbinorum. Verum hoc obiter duntaxat nunc monetur.

Quomodo cuncti, verò habuerint se se vetustissimæ Legis illius  
de imaginibus interpretationes, ad rem nostram nummariam vel  
omnino non vel parum attinent. Etenim saltim à Babylonica  
captivitate, ad libertatem usque per Hasmonæos redactam,  
non utique sas fuit Israëlitis nummos signare; quippe qui omni illo  
tempore duram passi fuerint servitutem à Chaldaëis Persis & Ma-  
cedonibus, qualibus subditis nummos eudendi facultas ubi vis  
terrarum hactenus denegari solet. Non multò post præterea de-  
monstrabimus, ante Babylonicam captivitatem auro aut argento  
hominis nummaria re Israëlitas usos non fuisse. Ut proinde nec  
signato in aut animantis alicujus specie nummum aliquem tunc  
in signaverint. Post excidium autem gentis Romanum itidem Ju-  
dæos nusquam ausos nummos sibi eudere, extra controversiam  
arbitror esse.

Igitur si non Hasmonæorum ætate eusi sunt à Judæis nummi  
humana imagine, nulli tales sunt unquam abiis signati. Non esse  
autem illa tempestate ejusmodi nummos factos, jam liquido pro-  
bavimus. Cujus consequens est: si qui reperiuntur nummi

Ebræi

Ebræi humana effigie insigniti, illos spurios esse, & à falsariâ manu confisctos. Id quod primo nostro argumento demonstravimus nos promisimus.

Quæ opposita voluit doctissimus Hottingerus, illa meam assertionem vix tangunt: tantum abest ut fregerint. Caussatur adversantem mihi Judæorum praxin. At si sermo ipsi fuerit de praxi perpetua tangit me, fateor: si de sequioris temporis Judæorum actibus, nullius est momenti objecio. Non enim, si posterioris ævi praxis dissentiat, non est verum id quod dixi de more Hasmonæorum &c usq; ad republicæ excidium usitato. Solent enim sè penumero mores populorum multum mutari. Quæ vero illa est praxis perpetua? An cuderet cum imaginibus hominum monetæ? At vero mille jam & sexcentis amplius annis nullam monetam cuderunt Judæi: à captivitate item Babylonica ad Simeonem Ethnarcham itidem nullam illi cuderunt. Tempora antecedentia jam non attingam, ut nec Hasmonæica. Sed Hottingerus videtur loqui de *praxi* utendi monetis humana imagine signatis. Verum enim vero Paradoxum meum haud negat usos Judæos ejusmodi nummis; cudsse negat, & haec tenus, si qui fuerint tales, genuinos non esse, asserit.

Quod de nomismate census dictum adjicitur, verum est, profectum illud esse à viris nummaria rei perquam peritis & magnis. Est enim eorum alter Marquardus Freherus, alter Caspar Waserus. Forte etiā non est de nihilo quod sunt suspicati. Quam superstitione enim populus abhoruerit, ab imaginibus hominū Christi &c usq; jam ostendimus. Nec tamen illorum sententiam nostrā fecerimus. Nummos enim ejusmodi à dominis suis signatos in usum admittere, pridem ante assueverant Judæi. Habuit enim & Darii Persæ imaginem aureus ille nummus qui celebri olim fuit fama Darici: & tamen jam Esdræ ætate illum usu innotuisse Judaico populo, liquet ex *Paralipomenis*. Syriæ porro & Aegypti Reges Macedonicæ gentis suis imaginibus nummos signasse, ostendunt

plurimi eorum etiamnum superstites. Haud dubie vero & nisi co-  
acti sunt uti Judæi, quo tempore sub eorum dominatu degerunt,  
& ipsam Græcam linguam in familiarem usum adsciverunt: (qua  
de re aliâ fortassis) nec enim alii nummi tunc fuere ad manus.  
Perinde atque hodie nummis peregrinis utuntur, quamvis ef-  
figie humana imò & Sacra cruce signatis.

Utrum autem Seldenus probaverit nec ne, *Judæos à picturis &*  
*sculpturis tum animalium tum hominū non abstinuisse absolute, non est*  
*hujus loci disquirere.* Probaverit, non absolute abstinuisse ha-  
cenus ille non adversatus est meo Paradoxo. Concedo enim  
& ego, à nummis ita ab aliis signatis saltim non semper abstinuisse  
Judæos olim ut neq; nunc. Ne quidem tentavit tamen probare,  
nummos ejusmodi Judæos ipsosmet signasse. Ne quid dissimulem,  
haud satis probavit Seldenus, saltim Josephi aetate Judæos ab ani-  
malium & hominū picturis & sculpturis non absolute abstinuisse.  
Fatetur sane, eam fuisse sententiam Josephi, eumq; ut in aliis ita  
& hac in re Thalmudicæ doctrinæ adversari: quin sententiam  
suam Josephum populo ipsi attribuisse, hanc tamen quoq; eum  
simulasse, et si aliter sentiret. Populum vero non idem sensisse,  
probare pot. simum nititur ex Thalmudicis traditionibus: qua-  
si verò hæ certum præbeant testimonium eorum omnium quæ  
olim obtinuerunt. Quod mihi sanè nemo temere persuadebit:  
quippe cui Josephi fides longe est major. Habet & multa alia Sel-  
denus in tumultuaris suis disputationibus, non octavo duntaxat sed  
sesto etiam & septimo capitibus de imaginum apud Judæos usu,  
quæ rigidum examen sortè non ferant. Verum, ut ante dixi, non  
patitur institutum nunc hoc agere. Quod autem hominis in  
nummo signum attinet, ipsemet Seldenus diserte satis ex suis  
Thalmudicis magistris ea docet, unde colligas, neutiquam fas fu-  
isse olim Judæis tales nummos cudere. Pag. 186 editionis At-  
gentoratensis ipsissima hæc Seldeni sunt verba. *Satis concordes*  
*sunt magistri, de protuberante in nummo alibi* figura humana nou-  
efforman-

efformanda. Pag. item 192 Quod adjicit Schickardus de aliarum rerum signis in numismatu Ebœorum veterum protuberantibus, hanc quidquam facit ad afferendum suum illud de humana in numero opus eos figura. Nam de ceterarum rerum in terra aquave imaginibus receptor est sententia, nullam ex iis fuisse, quam formare ornatus seu animi causa quomodolibet cunque non licuerit. Item pag. 194 Humanam figuram extantem seu prominentem formare, interdicendum esse volunt magistri. Idem cap. VII ab Hottingero laudato pag. 225, cum dixisset, usos olim Judæos nummis Alexandri Philippi Lysimachi Antonii Agrippæ aliorumque imagine signatis, addit: Interea imagines istiūmodi facere, iphi sibi haberunt Judæi nefas. Hac omnia Seldenus. Neutiquam ergo ad illum debuisset provocare Hottingerus contra Paradoxum meum: nec etiam ex Seldenianis potuit ille merito ita colligere: Nihil ergo obstat ex illis, quo minus veteribus Judæis nummos tribuamus, hominum etiam imaginibus insignes. Hoc profecto ex Seldenianis minime est consequens: sed contrarium. Quoniam nempto Judæis priscis nefas habitu, humana figura nummos signare, ergo tales nummi non sunt genuini Ebœorum numimi sed suppositi.

Cæterum hæc quæ attulimus ex Seldeno, consentanea esse Thalmudicæ Magistrorum, quos ille laudat, doctrinæ, atque adeo etiam ex sententia lorum sequioris, ævi Judæorum non esse fas creditum, imagine humanâ nummum signare, confirmabo ipse testimonio trium magni nominis Rabbinorum: quorum prior quingentis circiter ab hinc annis, posterior nuperime adhuc floruit. Prior autem est Moses Maimonides summus inter suæ sectæ doctores existimationis. Secundus Rabbi Levi Barzelonita cuiuslibum de jure Ebœorum ipse edidit Hottingerus, Tertius Rabbi Menasseh ben Israël claræ item famæ à libris Latina lingua præter morem, nec indoctè, editis. Ex illius opere, cuius ad Chasaka nomen, decerpsum partem islam quæ de Idolo, accia agit, Latine vertit, viri quondam incomparabilis Joha-

nis Gerhardi Vossii filius summae expectationis sed prez-  
maturā ereptus morte Dionysius; cuius proinde interpreta-  
tione uti possumus. Maimonides igitur ita scribit cap. II.  
paragrapho 12: *Non est probibitum formare imagines proper ornata-  
rum, praterquam hominū figuram.* Atque eam ob causam non est  
formanda e ligno, in pariete, aut e lapide, figura hominis. Sed hoc ca-  
piendum de imagine qua protuberat: quales sunt figura & sculptura ē in  
palatiū & his similes. Talem igitur si quis fecerit vapular. Sin fi-  
gura sit depressa vel coloribus expressa: uti ida qua in tabulis mensis-  
ve sunt, aut quae intexta operi extorio: prolicitū habentur. Paragra-  
pho XIV: *Annulum, cuius signum est hominū figura, si ea fuerit gibbo-  
sa, induere interdictum, obfignare tamen eo licet.* Sin figura sit de-  
pressa, licebit induere, obfignare eo non item; quippe figillo impresso  
figura siet gibbosa. Paragrapho XV: *Imagines quadrupedum ac  
reliquorum animalium, excepto homine, ad hac figurā arborum; herba-  
rum, rerumque similiū, formare licet, etiam figura gibba.* Hęc filius  
ille Maimonis. Ex Rabbi Levi Barzelonita Legem hanc  
XXXIX adducit ipse Hottingerus sui Juris Hebraorum pag. 51: *Non est faciendam imaginem hominū ex quacunque re, metallū ligno  
lapide, aut aliū id genus, ne quidem ad ornatum;* sicut dicitur, *Ne fa-  
ciatis mecum Deos argenteos, Exodio 20.* Addit de suo Hottingerus:  
*Ridicula plane hac loci est explicatio, & ineptus Rabbinorum iusus.*  
Mox adjicit nonnulla in confutationem. Cum Hottingero  
sentio ipsemēt omnino; totumque illud de hominis figura, sive  
ἀπλῶς ut Josephi ætate visum, sive gibba duntaxat, quod Thal-  
mudicis placuit, non exprimenda, infantienti sapientiæ Iudeo-  
rum adscribo. Nihilominus liquet hinc, per quamplura secula  
Ebrais nefas habitum nummos signare figura humana: id quod  
Paradoxo meo probando satis est. Menasseh Israëlis filius po-  
stremo loquitur adhuc magis ἀπλῶς, & citra exceptionem: in  
Conciliatore suo, quæst. 3. ad Exodum Paragrapho II. R. Isaac Ara-

ma. Prohibetur hoc loco, inquit, ne quis imaginem faciat eorum quæ in celo terra aut aqua sunt. Ait enim Scriptura: Ne facias tibi sculptile, ullamve similitudinem eorum quæ in celo sunt supra, aut quæ in terra infra, aut quæ in aqua sunt infra terram: videmus manifesto interdictum, ne cuius creaturæ imaginem faciamus, sive angelica, seu cœlestis, sive terrestris, sive aquatica sit: quia simulacrum rei à Deo creata facere non licet protuberante formâ. Hæc etiam Menasch ille. Quibus quidquam nunc addere, haud fuerit operæ pretium.

II.

Primum igitur quidem argumentum nostrum firmum esse, liquido patet. SECUNDUM eo facilius est expeditu quo magis de nummis imaginem Mosis & Salvatoris nostri referentibus, falsos illos esse, habemus ipsum Hottingerum astipulantem. Et verò nemo quoq; alias sanx mentis temerè dixerit, ullum cum SALVATORIS nostri imagine, atq; cum illa quæ in aversa ejus parte reperitur Ḥottingerū, esse à Iudeis confectum, cum illi sint hostes Jesu Christi nostri infestissimi, & totus ille nummus utraq; parte Iudeos oppugnet. Retulit nummi illius imaginem inter alios num. 2 Waserus, deque eo agit pag. 63: fecit idem ipsemet Hottingerus editione secunda Tab. viii num. ultimo. Sed & haud infrequenter reperiuntur, non argentei duntaxat sed ærei quoque & aurei. Inscriptiones porrò solent esse characteribus Assyriis: teste tamen Waseri, vidit Theseus Ambrosius etiam Samari- tanam inscriptionem. Nec aversæ omnium omni modo conveniunt. Thesei enim inscriptio habuit: Meſſias Rex venit cum pace: Deus homo factus est: Waseri, Et lux de homine facta est vita: Hottingeri Lux, ex homine factus: Antonii Ulrici Ducis, Meſſias Rex venit cum pace, & luxit, ex homine facta vita. Nihil horum non abhorret ab auribus Iudeorum. Itaque illis autoribus non profecto debetur quicquid hujus generis est nummorum. Verisimilis est, confessos tales nummos à Christianis gentis tamen Iudaicæ, non plane impia quidem fortassis, inepta tamen fraude; tribulibus nempe nimis suis ad sacra Christiana pertra-

hendis, eo quasi jam olim Iesus noster fuisset creditus Messias. Quo animo etiam saxis in Hispania alibi nonnulla sunt inscripta.

MOSIS imagine insignitos duos diversos nummos pingi fecit Seldenus cap. VI operis de Jure Natura & Gentium secundum Ebraeos p. 186 & 187 editionis Argentoratensis, eorumque alterum arietinis cornibus deformem: planeq; similem exhibuit Hottingeri Tabula Quarta, & vidi ipse alios. Saltim vero illos cornutos non esse Mosis opus, aut etiam alicujus sanctæ lingue petiti hominis, produnt utique statim illa cornua, ex inficitia linguae Ebraæ enata. Id quod Seldenus etiam recte animadvertis & annotavit p. 187 & 188. Idem quoque acute attendit ad signum crucis Mosis nomini in torque adpositum. Quo vel solo liquet, Christiani alicujus opus esse non Iudæi. Ejusdem de suo cornuto nummo hæc quoque sunt verba. *Tantum abest ut pro numero aliquo five funderetur five percuteretur as hoc meum, ut vel ipsa tum lamina tum figura exstantis crassities satis mibi videatur id palam denegare.* Idem vero Seldenus pag. 186 alterum quoque numnum à Schickardo mutuatum, etsi nullis cornibus ridiculum, damnat: non alio tamen argumento quam *quod ab institutis & moribus Israelicis plane sit alienum, nummum scilicet cudere humana facie prominentem.* Sed quamvis id ipsum aduersetur Iudaicis interpretationibus divina Legis, quales obtinuerunt post solutam captivitatem Babyloniam, ipsa tamen etiam Mosis ætate idem fuisse visum, quisnam liquido probaverit? Si probari autem non poterit, ratio adducta utique nullius est roboris. Cur & ego damnum illum nummum, facit quoq; illud, quod nummi alicujus Mosaici nulla in omnibus sacris monumentis fiat mentio: nec à quoquam ex Thalmudicis aut Rabbinicis scriptis folcat ejusmodi de nummus memorari, cum tamen alijs tanti Prophetæ verum *imp̄ositorum* fuisset habitum *sacerdotium*, & probandæ vetustati Characterum Assyriacorum esset aptissimum, nec temere neglegendum à Buxtorfio & alijs Assyriorum istorum characterum

tum magnis assentibus. Taceo quod de vultu genuino Mosis pridem aliae atque aliae fuerint sententiae. Quales enasci non potuissem, certe facile sopiri, si quis ejusmodi verus Mosis numerus fuisset in manibus. Et vero haud est ignotum, non deesse qui Mosi adscribant atram Aethiopis faciem. Quos tamen facile redarguere potest primum rei usq; adeoque incredibilis deficiens testimonium; unde illud, quod Moses & utrumque parentem, & fratrem & sororem candidi non arr; coloris habuerit; placuerit quoque adhuc infans Regiae filiae ob pulchritudinem, qualis non solet esse Aethiopum.

Sed, ut ante jam diximus, non minus de illis Mosis vultum praes se ferentibus, quam Christi imagine insignitis nummis, habeo ipsummet Hottingerum assentientem. Nec quisquam hactenus velillos vel hosce suscepit a falsitatis nota defendendos. De solo illo nummo, qui SOL OMONIS effigiem & porticum templi respexit, asserendo Hottingerus fuit sollicitus. Est autem is quem depingi fecit Tabula secundae editionis prima & Quarta editionis secundae, sexto ac septimo loco; pridem ante autem exhibuerant Villalpandus Walthonus & Kircherus. In Praefatione editionis primae anno quinquagesimo de hoc numero ita loquutus est. *Vidi in Serenissimis Elektoru Keimeliotheca numnum Hebraicum, cuius typum dedimus Tab. 2. Ubi ex altera facie vultus eff humanus, cum inscriptione Sebelomo Rex, ex altera vero Porticus templi cum Dhys. & Ph. Templum Salomonis. Antiquitatis certe non contempnenda habet vestigia: nec, quod sciam, Assyriacis literis antiquiore reperi, facile putem. Siclus saltem, Hebraicis literis notatis, qui vulgo circumferuntur, antiquitatis praeripere palmam existimo. Non aliis autem ille nummus est ab eo, quam jam tum memoraverat in ipso libello pag. 120 ex Wilhelmo Schickardo: id quod forte jam exciderat. Ceterum editione secunda, contranonneminem, quem celeberrimum Antiquarium appellat pag. 114, cum ejus objectiones attulisset, pag. 120 propagnare quoque*

que nummi hujus *dissertias* non dubitavit; denuò professus, nullum se habentius vidisse Hebraicis notatum literis, qui certiorem præse ferat & verisimiliorem antiquitatis speciem: & claudens disputationem p. 122 hisce verbis: *Omnino existimo, antiquitatis hunc nummum non contemenda habere vestigia: nec Affyriacis literis antiquorum reperiri potest: Siclis saltem, Hebraicis literis notatis, palmam præripit.* Mansisse virum longe & optimum & doctissimum in eadem sententia anno etiam 64, disertè prodit tunc editus liber ille insignis cui nomen fecit *Bibliothecario*. Pagina enim 114 ait, *cui nummo multum tribuo.* Jam tum vero ante Hottingerum, non dubitaverat Schickardus ad illos ipsos nummos provocare, ut literarum quadratarum apud Israëlitas usum Esdrā antiquorem demonstraret, libello de *Nummis Ebraeorum*, quando scribit: *effodi Hierosolymis aneos nummos antiquos cum Solomonis nomine, regno adhuc integro procusos, & sic ipsa Samaritanorum origine Esdraque multo antiquiores, qui ex una facie cultum Regis, ex altera templum, utrobique cum literis vulgaribus ostendant.* Stomachatus paulo post acerbe, quod Villalpandus sequius de nummo isthoc existimatasset. Fide postremò illius Schickardiani dicti, in eundem planè finem, hunc nummum laudavit testem etiam Joannes Buxtorius in *Dissertione de literis Antiquis Ebraeorum*. Tacebo enim nunc, etiam alios idem factitasse.

Ex adverso tamen Joannes Baptista Villalpandus *Tom. IV Parte 11 L. 2 disp. 4, cap. 29 ad Ezechiem affirmat*, visum sibi Roma apud Fulvium Ursinum, drachmæ pondere nummum, qui altera parte refert Marci Antonii caput, cum inscriptione Rex Solomon, altera rudem & incongruam Templi formam cum inscriptione *Templum Salomonis*. Assentitur autem Fulvio Ursino judicanti, nummum esse ab Herode Rege concessum curatum, qui ut Antonio adularetur illi Salomonis nomen attribuit. Nummum ipsum vero ait, nihil aliud præse ferre, quam inscitiam artificis, qui nummi exemplar consecvit. Etiam hisce verbis utitur, *Tam hunc*

*quam*

quam alium quemcunquè, si reperiadur, non Hebreum habendum esse putamus, sed peregrinum. Percussum enim est ab Herode iniquo Principe, qui se Hebreum esse plane profiteretur, ac nibil minus curaret, quam Hebreorum legibus se subdere atque institutis, quibus impium habetur atque excecrandum, hominis imaginem quacunque ratione aut caussa effor-  
mare. Quantumvis autem hisce Villalpandi recitatis verbis op-  
ponat Seldenus l.2. c.6. de Jur. N. & G. pag. 186, à Rabbinis omnem  
omnino humanam imaginem non damnari. Quia concedit tamen,  
non admitti ab iis effigiem protuberantem, sicut hactenus non  
adversatus est Villalpando, de nummo scilicet ejusmodi non  
conficiendo. Nec verbo pro pugnatnumnum istum, ac pro-  
inde etiam Seldeno visus ille est suppositius.

Cœterum aperte nummum illum rođeiac damnavit Vir ex-  
acti judicij Ludovicus Cappellus in Diatribe de Lites Ebraeo-  
rum Joanni Buxterio opposita, & quidem duobus argumentis. Clau-  
dens disputationem pag. 120 hisce verbis: Omnia igitur vel falsus  
est & ficticius ejusmodi nummus, ab aliquo Christiano confictus; vel bona  
est Villalpandi conjectura, qui recentius ab Herode percussum conjicit, in  
honorem Antonii, cui regium nomen, regiam dignitatem & potestatem,  
debeat; siquidem effigies ita Antonii vultum optime dicitur referre.

Pluribus argumentis & longiore sermone Antiquarius ille;  
à quo nummum hunc, & quidem non æneum sed argenteum, dono  
nactus est Hottingerus, falsitatem nullam ostendit. Integrum Viri  
acti disputationem editioni secundæ inseruit Hottingerus, addi-  
tis ad objectiones singulas suis responsibus. Quæ ideo hic à me  
commemorantur, ut antequam à nobis examen ejus instituatur.  
jam tum constet, nummum illum neutiqua ab omnibus approbari.

Esse autem nummum illum confictum & ἀποβεβαιωθεν  
etiam ipsimet existimo, certe mentiri ætatem Salomonis, &  
longe esse recentiorem. Id vero ut demonstrem, non utar  
primo illo Cappelli arguento: quod indignum videatur opu-  
lentia Salomonis, quique tantam auri & argenti vim attulit, num-  
F

mum æneum cudere, multo minus illo ostendere suam templi constructionem.. Nummi enim ænei ad viliorum rerum emptiones etiam in opulentissimis rebus publicis passim terrarum suum aliquem semper habuerunt locum.. Neq; signum templi in ostentationem fortassis est additum. Sed & jam indicavimus, nummum ejusmodi quem Hottingerus est nactus, non æneum esse sed argenteum. Alterum Cappelli argumentum, quo & Villalpandus viderur & Seldenus usus, de imagine humana in nummo à à Deo vetita, itidem adserre in medium non audeo; et si enim ipse ostenderim, ita creditum fuisse à Judæis post exsilium Babylonicum, & nunc quoque ita credi; quoniam tamen haud dubito, Legis illam interpretationem abire à vero Legis sensu, eumque pervertere, non ausim affirmare jam tum Salomonis ætate idem fuisse visum. Imo aliud tum placuisse, confirmat Prophetarum Sacerdotum aliorum totiusque populi pietas & non fucata Legis peritia. Ne nunc dicam, quantum sibi Salomon indulserit contra Legis divinæ regulam, in longe majoris momenti negotiis.

Aliis igitur rationibus ego quidem innitar. Est autem earum prima, quod isthac ætate literæ quadratae, quibus hic nummus insignitur, ad promiscuum vitæ usum & negotia non fuerint adhibitæ, nisi demum post tempora Hasmonæorum, imo fortè post excidium denique gentis Romanum. Hoc sanè posito, nec nummos tunc signare characteribus illis, passa est consuetudo, atque adeo etiam hic nummus non est ab illo ævo.

Alterum est, quod nec argentea nec aurea moneta signata usitunt fuerint Israelitæ: Saltim igitur argenteos hujus fortis nummos recentiores esse. Utramque rationem deinceps demonstrabo: tantisper igitur postulo mihi credi hac *ἀντίμαχον*.

Tertiò, ipsa inscriptio aversæ partis latis manifeste indicat, à Salomone ipso nummum illum non esse. Sine exemplo utiq; est in altero latere nomen Regis exprimere, in altero templi illius Regis denuo Regum nomen repetere. Et vero repetitione

tione illa neutiquam fuit opus, cum non nisi unica illa sacra ædes in universa Israelitarum regione reperiretur. Fuisset itaque sat is, solam templi vocem usurpare. Imo convenientius svisceret etiam illam non addere, cum figura templi conspiceretur.

Salomonis Quarto opus non esse nummum istum, luculenter ostendit ejus ruditas. Illius enim Regis omnia fuerunt in admirationem usque splendida, & affectanti gloriam non utique defuerunt peritissimi artifices. Paulo ante verò audivimus, hujus nummi nihil non esse rude atque impolitum.

Verissimum Quinto est id quod docte urget *Anonymous* ille Antiquarius, coronam istum in modum, quo expressa est in nummo, radiatam inventam esse in signum divinitatis. Nec verò in nummis aliisque monumentis antiquis comparant tales coronæ impositæ capitibus hominum, nisi illocum duntaxat qui deorum in numerum per aliorum adulationes impias relati sunt & adorati. Quale quid Rex Salomon non legitur vel affectasse vel passum esse. Et vero ad illas radiatas coronas, nihil faciunt coronulæ quarundam literatum Ebraicarum, aut Persarum tiaræ: quorum exemplo sinistram coronis illis radiatis opinionem conatus est Hottingerus detrahere. Alia fuit tiara Persica. Veram speciem videre est in longe præclarissimo opere de *Præstantia & usu Nummorum veterum p. 423* peritissimi rei nummariz scriptoris E. Spanheimij. Neutiquam ergo illud coronæ genus convenire potuit Salomoni, ut qui divinis honoribus à nemine fuerit affectus, nec affici voluerit. Cuius consequens est, Salomonis non esse nummum illum usque adeo improbum.

Postremo nummi talis Salomonici vel levissimum signum haud invenerunt haclenius in ipsis Thalmudicis & posteriorum Rabbinorum scriptis illi, qui summa industria in iis legendis sunt versari. Non verisimile autem est, tanti Regis tam rarum *μημεσανον* omni reverentia imo memoria apud posteros excidisse.

Jactat quidem Hottingerus, reperta sibi in nummo illo anti-

guitatis vestigia. Sed nusquam illa significavit. Vereor quoque, ut ruditatem operis habuerit vetustatis argumentum. At vero quam frequentissime hoc fallit: & à nobis paulo ante adducta illa est in argumentum *rothius*. Evidem miror à quoquam id nummi genus habitum esse genuinum. Sed ea vis est animi affectuum, si impense velis aliquid verum credi. Quemadmodum nonnullis unice videretur fuisse in votis, invenire argumenta persuadendi a sum antiquissimum characterum Assyriorum.

Cæterum quin & ille Salomonii adscriptus nummus sit superpositius non amplius arbitror dubium esse. Non audeo vero & Ursini Villapandique conjecturæ accedere, quasi fuerit nummus ille ab Herode Rege in gratiam Antonii confectus. Fuit sane Herodes Antonii ut post Cæsareæ domus impius adulator. Nec dubitavit ille in Augusti honorem Templum juxta Paneadem construere, & Hierosolymæ Turrim Antoniam è regione sacri Templi ædificare. Sed & Antonii Triumviri supersunt nummi quidam: suntque exhibita in opere Fulvii Ursini de *Familia Romana* Tabula prima gentis Antoniaz, & à Biæ Tabula septima, triumviri illius capita cum radiata in illum modum corona: voluisseq; Antonium Osiim & Cleopatram Isidem haberi, notum est ex Dionе. Estque proinde illa Ursini conjectura non de nibilo, sed digna doctissimo nummariae rei auctore. In aliam tamen sententiam me trahit primè, nummi inartificialia ruditas: qualis non erit illius non Herodis Regis elegantiæ convenit. Secundo inscriptio Assyriaca, in communī usū tunc prævalentibus adhuc literis Samaritanis. Tertiè, quod istum nummum humana effigie & corona radiata insiguitum populus non fuisse passus à Rege suo in usum traduci, quæ tunc temporis obtinuit in gente ista persuasio: ac proinde frustra fuisse cusus, & in publicam execrationem incurrisset.

Quin imo illà ultimo adductâ de causa, ne quidem ab ullo posteriorum Judæorum confectum dixerim, sed ab aliquo, cui ejus,

eiusmodi nummus Antonii aut alterius alicujus forte fortuna obiigit, homine Christiano, quæstum ex fabrica istiusmodi nummorum captante; ceu fieri solet etiamnum, in Italia præsertim, frequentissime.

Sed de nummi illius Salomonii supposititiis natalibus plus satis. Invitat nunc Herodis memoria, ut dicamus aliquid de numero alio non Ebraeo sed Graeco, imagine tamen HERODIS signato. Curavit illum ex gaza Palatina cælari, exhibuitq; spectandum Rei Nummariae incomparabilis assertor, idemque amicus noster, doctissimus Ezechiel Spanheimius, nunquam satis hoc in doctrinæ genere laudandi operis de Praestantia & usu nummorum veterum Dissertatione Quinta p. 443 Amstelodamensis editionis; pro quadono mihi data publicas hic gratias ago. Inscrbitur autem ille nummus, una parte cum capite Herodis diadema ornato, βασιλεὺς Ἡρώδης Φιλοκλαιδίσ, in aversa intra corollam κλαυδίη χαίροντι οὐθαίσ φι. γ. Sed ille nummus assertioni meæ non adverfatur, quantumvis Judæorum sacris imbutus fuerit ille eriam Rex Herodes. Reclite enim Spanheimius. Percussus videtur buc Nummus in aqua urbe gentili beneficiū hujus Herodis ornata, qualu Berytus: aut in ea qua sepe illi sedes, & in qua Deus paulò ante obitum proclamatus, ut Cæsarea. Certe Ebrais nummis non meretur hic adnumerari.

Majori forte jure in Ebraeorum censum referendus fuerit Nummus ille, quem à Mardochæo vulgatum esse, narratur à Iudeis quibusdam haud insimi ordinis. Hottingerus ex Midrasch Esther verba quædam sic Latine vertit: Moneta Mardochai ivit per totum orbem. Et qualunam erat moneta eius? Mardochai erat ex unaparte, & Esther erat ex altera parte. Villalpandus ex nescio quibus Iudeis refert, in nummo illo suisse hinc facci, inde reginæ Esther & Mardochæi ipsius imagines. Verum enim verò omne illud de nummis per Mardochæum vulgatis tabulosum esse, non multò post demonstrabitur. An porro nummus aliquis Mardochæi nomine fuerit publicatus, cum addita Esther & ipsi.

& ipsius imaginibus, ne quidem inter Judæos convenit. Ut enim Seldenus ex Berechith Rabba testatur pag. 133, retulit ille nummus in altera Saccum & cinerem in altera parte coronam auream. Id quod & Hottingerus non reticuit. Et cui sanæ mentis fiat verisimile, servum Regium ausum nummos cudere, sua & Reginæ imagine, & quidem fortè in eadem parte, insignitos? Crimen solet tale quid æstimati læsæ majestatis. Si quis igitur Mardochæi nomine fuerit circumlatus nummus, nequiter ille effictus fuit. Non tamen etiam cui temere fieri probabile, à Judeo aliquo sequioris ævi, tenace quidem doctrinæ Phatisaicæ de imaginibus humana, factum fuisse tam aliquem vultu humano ornatum nummum. Non solet sane etiamnum talis ostentari. Si quis autem superuerit, haud dubie à Christiano nebulone fuit factus.

Quandoquidem verone Mardochæi quidem is qui fertur nummus est genuinus, jam lique robur etiam secundi mei argumenti, atque adeo abunde jam constat assertionis meæ veritas. Vt proinde haud sit necessum, vel verbulo hoc amplius agere.

Obiter tamen non possumus non hic addere: quoniam ex ijs quæ Argumento primo attulimus claret, eo tempore quo Pilatus Judææ præfuit populum Judaicum ab imaginibus humana abhorruisse, videri verosimile Judam in præditionem non fuisse auctoratum nummis Rhodiis. Dati scilicet illi nummi fuerunt ab ipsis Sacerdotibus, hominibus Pharisaicæ ~~ζειραίς~~, atque adeo iis qui præ aliis affectaverunt divinæ Legis Zelore æstimari. Cum projiceret porro in templum & redderet proditor accepta ~~τέλη~~, illa quo minus in sacrum gazophylacium reciperentur obstat duntaxat illud unum, itidem vere ~~τέλον~~, quod in pretium fundendi sanguinis humani suissent impensa. Jam vero in nummis Rhodiis parte altera effigies vultus Colossi Rhodii spectatus fuit: atque adeo imago non solum hominis sed etiam idoli. Qualium nummorum usum non temere passa est sacerdima ~~ζειραίς~~. Ut nempe ab ipsis Sacerdotibus vel dari,

dari, vel nullo alio obstante in gazophylacium Templi potuissent recipi. Præplacet igitur sententia Antonii Augustini, qui licet Archiepiscopus, etiam Romæ edito de *Nummis antiquis eruditissimo opere*, Dialogo secundo, non dubitavit aperte profiteri, Siclos cestisse in mercedem sceleris; etsi non ignoraret, Roma & alibi Rhodios nummos in locis sacris haberi nefandi operis auctoramentum. Præsertim quum & alia sint quæ id verisimile faciant, congesta à Wasero Hottingero aliisque.

## CAPUT VI.

*Characteres Assyriacos non fuisse olim ab Ebrais ad civilia negotia usurpatos, nec ante captivitatem Babylonicam nummos signatos Ebrais fuisse in usu.*

IN probationem ~~probationem~~ laudati adeo ab Hottingero Solomoni*innummi usi sumus duabus hypothesisibus. Altera, quod characteres quadrati Judæorum sive Assyriaci non fuerint olim adhibiti ad civilia negotia: Altera, quod veteres Israelitæ non fuerint usi moneta sive aurea sive argentea signata. Fassi autem sumus, neutrām earum jam tum evidenter cognitam esse: ac proinde ~~accipiunt~~ esse voluimus, facta tamen simul promissione secuturæ non multo post demonstrationis. Iisdem porro principiis denuo nobis erit utendum circa reliqua Paradoxa. Itaque operæ videmur pretium facturi, si h̄c statim utriusque asserti probationem instituamus. Sic demum sanè poterimus in tempore fidem parare nostris Paradoxis. Aggrediemur igitur jam hoc ipsum, & quidem de priore Hypothesi agemus primo loco.*

Cæterum ut veritas etiam hac in re elucescat, distinguemus reipublicæ prisæ Israëliticæ ævum omne, in tempora quæ Esdras Prophetam antecessere & quæ post secura sunt ad excidium usque. Quod antecedens attinet ævi spacium, non Assyriacas sed quas Samaritanas vulgo appellamus literas, saltim in comœnus reipublicæ usu, fuisse adhibitas, haud obscure liquet eum

L

ex

ex ipsorum Thalmudicorum magistrorum, & qui hos sequi solent Rabbijorum, tum ex Christianorum primitivæ Ecclesiæ doctorum, illorum saltim quibus rerum Judaicarum veterum notitia fuit curæ, communī consensu.

Est autem omnis hæc quæstio de facto antiquo, ac proinde testimoniis fide dignis arbitranda fuerit. Thalmudicis traditionibus sine discrimine omnibus non licet, fateor, fidere. Quando tamen magistri illi constanter aliquid narrant, quod non in singulari gentis suæ gloriâ vergit cuius sunt studiosissimi, meretur fidei haud parum illorum narratio: si narrent quod cum gentis infamia aut etiam vilipendio est conjunctum, omnium turpissimè fidere illis licet. Crescit plurimum auctoritas istiusmodi narrationibus, si & Christiani consentiant, cum primis si & rerum testimonia, saltim semiplenè, ut hodiè loquuntur foras, idem attestentur. Non enim fieri potest, ut tam multa dolo quodam idem profiteantur.

Jam vero diserte S. Hieronymus, quo peritia Ebraicarum rerum priscarum instructorem primitiva Ecclesia non habuit: in prologo quem galeatum appellamus in l. 1. Regum hisce fuit usus verbis: *Samaritani Pentateuchum Moysis totidem literis scriperunt, figuris tantum & apicibus discrepantes.* Certumque est, Esdram Scribam Legique doctorem, post captam Hierosolymam, & inflationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse, quibus nunc utimur: cum ad illud usq. tempus iidem Samaritanorum & Hebreorum characteres fuerint. Ejusdem in commentario ad nonum caput Ezechielis verba hæc sunt: *Antiquis Hebreorum literis, quibus usq. hodie utuntur Samaritani, extrema Tau litera crucis habet similitudinem.* Etiam alibi non semel antiquas gentis literas appellat eas quæ nunc vulgo audiunt Samaritanæ. Nec ille usquam ab hac assertione muravit quidquam: ac proinde nemo haec tenus dubitavit, hanc fuisse magni illius & S. Patris perpetuam sententiam. Haud me fugit quidem, Wasmuthum Vindiciar. *Ebraicar.*

braicar. pag. 44 non erubuisse profiteri; Hieronymum suum illud CERTUM EST evertisse contrario asserto in libro de sancta fide contra Judæos, p. 22 Sed ut alibi s̄pē numero impieata schismatica furit, ita h̄c inficitiam prodit. Non enim ille magnus docto rullum titulo de sancta fide contra Judæos librum scriptus: sed quem Wasmuthus librum Judæis oppositum innuit, & ex quo adducit *μυστήριον* de Mem clauso, scriptus est seculi decimi quinti Christiani duodecimo anno, à quodam converso ad Christiana sacra Hispano Judæo, cui nomen Hieronymo de Sancta fide; ut liber ipse audit *Hebreorum* , in ea quidem editione, quæ Francofurti prodidit seculi hujus anno secundo, & pridem pars fuit meæ bibliothecæ. Qua libri editione fortassis usus fuerat etiam ille, ex quo isthæc, sed turpi plagio, Wasmuthus descripsit. Illa enim de Mem clauso habentur pag. 23 qui numerus Wasmuthicè mutavit in 22. Sed hæc obiter, & in id solum, ut Sancti & magni illius Ecclesiæ doctoris Hieronymi constans sententia ab inficta accusatione vindicaretur.

Ante Hieronymum vero jam scriperat etiam Eusebius in Chronicō. *Affirmatur Esram, ut Samaritanis non miscerentur, literas Judaicas commutasse.*

Et Eusebii & Hieronymi illis clarissimis testimoniosis constatus quidem est nubem obducere Buxtorfius, in *Dissertatione de Ebraeorum literis*, sed illam ita discussit Lud. Cappellus in ejusdem argumenti *Diatribâ*, ut verbum addere fuerit operam ludere.

Igitur hæc quidem testimonia si audimus jam liquidum est, non illas quibus nunc utimur quadratas literas, sed Samaritanas fuisse ante Esdræ zvum communī usū receptas.

Exstant porro de mutatione literarum per Esdram facta, in otroq; etiam Thalmude testimonia. Omnim̄ vero clarissimum reperitur in Babylonii Titulo *Sanhedrin cap. 2 paragrapho XIII*: quod unum proinde nunc adscribam, quale illud Latine vertit Joannes Coch *Mar Zutra, & fidicat Mar Ucba. Principio data est Israëlis Lex scriptura Elraa lingua sancta. Postmodum tempore Ezra data illis*

Ita est Scriptura Affyria, lingua Chaldaea. Israël elegit sibi scripturam Affyciam & linguam sanctam, reliqua idiotus scriptura Ebraea & lingua Chaldaea. Quinam sunt isti. Idiotæ? Chutai. Quia scriptura Ebraea? Scriptura Libanica. Et sribet, permutationem Legis hujus i.e. scripturā quam mutari oportet. Quare dicitur scriptura Affyria? Quia ascendit cum ipsis ex Affyria. Sequitur statim eodem loco alia traditio nescio cuius anonymi Rabbi, sed à Mar Zutræ narratio- ne diversa in duobus: nempe, quod Lex fuerit Israël data scriptu- rā Affyria, quodque illa dicta hoc nomine sit, quia pax a eo qui hac scripturā editi sunt. Illam vero scripturam restitutam Israëlitis esse, quum ante fuisset ablata, consentit.

Non est hujus instituti disputare, qua litera primum Lex sit scripta. Imo ne quid dissimilem, mihi quidem verissimilior vi- detur altera isthac traditio. Verosimilior inquam videtur: certò ta- men illam haud asleveravero. Nec enim aliud mihi in asserti argu- mentum est, quam quod divino Esdræ restauratio pristini & sancti status sacerorum fuerit curæ, ac proinde sciens volensq; non mu- taverit, nulla præsertim urgente necessitate, scripturati ab ipsis met Deo & Prophetis quandam communiq; usu quasi approbatam: in pristinum igitur Esdram mutasse i.e. in ipsammet primogeniam scripturam Legis, quia nempe Samaritanæ literæ Legis scriptioni pridem in vulgo adh:beri jam sueverant. Hoc unum me isthuc inclinat. Simul tamen concedo, & jam tum ante fassus sum, parum referre, certe non interesse divini cultus, sive hoc sive il- lud dixeris: atque adeo indignum esse, super ea recertare con- vitii, impium autem, sacris anathematismus in dissentientes sa- vires: quod tamen nuper Wasmuthus & nonnulli alii furiosi Zelotæ facere haud dubitaverunt, haud dissimiles ea in parte Pharisæis in lotione paropsum religiosis, sed vim Legis vitæ exemplo enervantibus.

Ceterum quicquid sit de illa Zutræ narratione, Legem initio datam esse ea scripturā quæ post Cuthæis sive Samaritanis re- lige

littera est, illud etiam atq; etiam est observandum, scriptoram istam & repleas fuisse & appellaram olim *Ebraam*. Et vero quantumvis plenaria sequoris ævi Judæorum pugnent, Legem initio conscriptam esse literis Assyriis, nemo tamen eorum non assensit Zutœ, litteras Samaritanas olim audiisse *Ebraas* & in vulgari fuisse gentis usu, imo etiam codicibus sacris describendis adhibitas: ideoque etiam ipsis solent illæ litteræ *Ebraarum cognomento usupari*. Adeo autem confidenter id asserto, et si ipse scripta Judæa ista haud legerim; quoniam Buxtorfius & alii, ac certimi Assyriacæ scripture assertores, et si nihil temere Rabbinicum ipsis non sit lectum & quicquid vel leviter visum facere pro sua sententia, ex scriptis Rabbinicis ab iis sit allatum, nihil tamen quod huic quidem Zutœ narrationi aduersetur produxerint, sed potius multa in quibus Rabbini quoque *Ebraice Scripture* titulo Samaritanos characteres citra omnem exceptionem honorant, eorumque receptum quandam, saltim in profanis negotiis, usum ultrò profitentur.

Non temere sanè reperias à Judæorum Rabbinis alias litteras *Ebraicarum cognomento usurpari*. Quod tamen videtur, haud attendisse doctissimum Schickardum. Hic enim in Bechynath Happerauschim pag. 80 ex Abraham de Balmis *Scripturam Eber hananah sive transfluvialem* appellat *Abaricam* & à Samariana diversam facit: in Jure quoque *Regio* pag. 49 recitans hæc verba ex Soph. 1.6: non scribant Legem nec *Ebraice*, nec *Syre* nec *Mede*, nec *Græce*: quacunque lingua, quibunque litteris scripta fuerit, nefas est legere, nisi tantum *Assyriacæ*; monet, pro *Ebraice* fortassis per metathesin unius litteræ legendum *Arabice*. Etiam tamen postiore loco rō *Ebraicē* nihil aliud est quam *Samaritane*.

Quandoquidem autem usq; adeo ante Esdræ zvum fuit Israëlitis *Samaritana* familiaris scripture, ut ἀπλοῦ *Ebraea* audierit, manifestum vel hinc est, verum esse id quoddiximus: illam scripturam saltim ad vulgarem populi usum atque in negotiis pro-

fanis ac civilibus obtinuisse. Et verò etiam ipsimet Rabbini, imo & nuperi Assyriacæ scripturæ acertrimi quicq; vindices, id ipsum ex eo uno pridem collegerunt. Qua de re ne quis dubiter, adseram verba ipsiusmet Buxtorfi, quæ Dissertatione de Ebraorum literis §. 43 scripsit. *Ebrai ipsi hinc respondeant.* Ajunt illi duplēcēm Iudeos olim habuisse scripturam: sacram & profanam: vel externam & internam: vel publicam seu communem, & privatam vel singularēm, prout appellare libuerit. Id à suis scriptas tabulas Legū, librum item Legū à Mose, qui in Arca, vel ad latum Arce, fuit reconditus atq; repositus. Et hanc scripturam eam suisse, qua bodgeque etiam in usu, & Assyriaca appellatur. Hac (communi videlicet) scripta suisse exemplaria reliqua Legū, qua privati quilibet sibi in suum & suorum usum scribebant. Tum etiam in communī usu, in negotiis civilibus quibuscilibet, commerciis, contractibus, monetis &c. suisse adhibitat. Et hanc appellant scripturam Ebraicam, Transilvanialem, quam volunt eandem esse cum Samaritana. Hæc Buxtorfius ex Judæorum sententia, quam ipsem quoque omnibus viribus propugnat. Quin imo etiam Wasmuthum, ut ut illum Φιλαν्तία & improbus Assyriacæ scripturæ zelus in furorem egerint, idem tateri evidentiā rei coegerit. Adducam & illius nonnulla huc facientia verba: saltim ne, more suo, perget calumniis mihi esse molestus. Scriptura, inquit *Vindictiarum p. 51, dicta Hebreo*, à populo Hebreo, in quo usus ejus communior & vulgatior in terra Canaan diu obtinuit, tam in exemplaribus Legū privato tantum usui destinatu, quam præcipue in commerciis & cedendū monetis: inde jam à tempore Abrahami Profelyti inter Canaanos: unde etiam *Iudeus* (Rabbinis sequioris ævi, non tamen ipsis Thalmudicis) *Politico & Civilium* dici suavit: dicta item Libonaah sive Libanica, quod incolis Libani tunc esset familiarissima. Eadem de civili usu characterum illorum jam docuerat pag. 46. Alios addere hinc haud est necessum, præsertim quoniam & ipse Hottingerus agnoscit usum istum civilem scripturæ illius veteris.

Ceterum quæ hactenus allata sunt agunt duntaxat de temporis-

potibus Esdram præcedentibus. Quid ab Esdræ usque etate  
obtinuerit, videtur denuo incertum. Et verò ista plerumque so-  
lent accipi ea quæ de mutatione literarum facta per Esdram  
Hieronymus & Thalmudici prodiderunt, quasi ex illo instituto.  
Assyriacæ literæ in usum quoque profanum sint receptæ non  
minus atque in sacrum. Verum enim verò etiam per Esdram  
non mutasse verutissimum usum Samaritanarum literarum ad  
usus civiles, liquido ostendunt quotquot etiamnum superius  
nummi genuini Ebræorum. Sunt enim omnes illi sub Hasmo-  
nizis demum & deinceps consecuti, & nihilominus omnes Samari-  
tanis literis inscripti. Fuerunt autem nummi id genus in  
usu ad genis usque Romanum excidium. Id quod probabi-  
mus versaturi circa Paradoxum Quartum & Quintum. Cum  
innummis autem hoc fuerit observatum, per est verisimile, ob-  
tinuisse quoque in aliis civilium rerum scriptis. Ac proinde  
haud erraveris fortassis, si & Pilatum dicas usum iis characteri-  
bus fuisse in Sacra crucis titulo, non autem Assyriis, quod vul-  
go existimat. Atque ita recepero tunc temporis sensu narrave-  
rint Evangelistæ, Ebraice esse scriptum id quod characteribus  
Samaritanis fuit exaratum. Certe non nisi aliquid mere civile  
fuit illa tituli facta iussu Pilati scriptio. Nec verò ex eo, quod  
Salvator noster Matthæi v. 18 faciat mentionem τοῦ λόγου, fas est  
colligere, quasi ἀπλῶτ omne Ioth tunc fuerat minutæ figuræ,  
adeoque non amplius obtinuerit operosum illud Ioth Samari-  
tanum in gente illa. Quod tamen & Grotius ē mār hinc suspi-  
catus est, ad verba illa Evangelii. Diserte enim Salvatori ser-  
mo est de Lege, quæ tunc non nisi Assyriacis literis fuit scripta,  
adeoque Assyriacum Ioth illud exiguum habuit non Samarita-  
num. Fortassis quoque Salvator respexit ἄλλο Græcanicum.  
Toti sane populo Judaico, atque adeo & Salvatori, Græcam lin-  
guam penè familiariorē fuisse quam Ebræam, non fortassis diffi-  
cile probatu fuerit. Quicquid verò hujus sit, non potest argu-

mento illo vel verofimile fieri, tunc temporis ad civilia negotia Samaritanas literas antiquo more non fuisse usurpatas.

In sacri tamen argumenti chartis omnibus jam tum fortassis ceptæ sunt adhiberi literæ Assyriæ à Pharisæis aliusq; Scribis. Etsi enim ex Esdræ instituto Codices sacri scriberentur literis illis, quoniam tamen ejusdem auctoritatis esse suas ~~scriptores~~, saltim Pharisæi, quorum tunc erat præcipua in vulgo existimatio & numerus oppido magnus, venditarent, vellentq; supra omne vulgus multum eminere, quin & Samaritana omnia ceu profana vilipenderent, haudsane absimile est vero, non erubuisse, illos codicibus sacris scribendis quasi consecratos characteres suis quoq; scriptoribus adhibere. Non alio sanè prætextu etiâ sequentium temporum Rabbinos tale quid ausos, haud injuria dixeris. Ejusdem certe cum priscis illis Pharisæis fuerunt & nunc quoq; sunt illi indolis. Pauca tamen scripto docuisse Pharisæos illos veteres, pleraq; autem ore duntaxat tradidisse arq; ita propagasse doctrinam, verisimile faciunt illa, quæ de Thalmudis confectione memorant ipsi met Judæi: necessitatem videlicet fuisse impositionem ~~scriptores~~ scripto comprehendendi, nec nisi schedulis aliquot Rabinum Jehudam in conficienda Mischna fuisse adjutum, reliqua omnia ore duntaxat fuisse hæc tenus propagata. Ut ut vero illa se habeant, certum est, hodie nihil reperiiri quod ante excidium illud gentis Assyriacis literis sit scriptum, præter solum sacrum codicem veteris Testamenti & fortassis ejus Thargum. Quum vero etiam, nisi fallor, satis est à nobis demonstratum, ad civilem usum solos Samaritanos characteres fuisse adhibitos, non est quod ulterius in hoc arguento nunc occupemur.

II. Progrediendum nunc est ad demonstrationem secundi nostri Postulati: nec Auream scilicet nec Argenteam monetam signaram fuisse Istrælitis in usu ante captivitatem Babylonicam. Demonstrabimus autem simul etiam hoc: ejus gentis propriam nullam fuisse monetam usque ad Simonem Hasmonæum Ethnaracham

cham & Summum sacerdotem. Primum demonstro illo unico: quia videlicet ab Abrahame usq; ætate in perpetuo more fuit populo isti, nummos aureos & argenteos in usum commerciorum ponderare, non autem alios numerare. Enimvero recte pridem docuit sapientissimus ut naturalium ita & civilium rerum arbitrus Aristoteles, homines initio permutationem instituisse, inde numero uti cepisse. τὸ μὲν πέντε αὐτῶν ἐργάθη μερόθηκε ταῦθι μὲν τὸ δέ πλεῖστον γέχεσθαι πέπονται, οὐα δύο δέ τοι τὰ μετεπίστως αὐτούς. ὁ δέ χαρακτῆρα εἴπει τὸ πόνον σημεῖον. Initio ruditus & simplicius usurpasse nummum, magnitudine & pondere definitum: postremo autem & characterem impressum, ut liberarentur homines à mensuratione. Character enim indicus est quantitatis indicium. Ubicunque igitur ponderatio obtinuit ibi nummus non fuit signatus. Haud me fugit, ponderationem interdum & institui solere, & necessariam esse circa nummos signatos. Verum solet hoc fieri circa nummos alienæ reipublicæ: quoniam illis nummis non est per signum fides facta tuæ civitati. Sed ubi quidem respublica bene est constituta, signum dat firmam, civibus quidem, fidem: nec fas est amplius dubitare, sed oportet omnino publico signo credere. Multò maximè non permittitur impune, ut quis in regno nummum signatum Regis ipsiusmet vocet in dubium. Jam vero in libris Veteris quidem Testamenti memorantur frequenter emptionis & venditionis argento vel aureo numino instituti contractus, sed qui omnes interventu ponderationis fuerint facti. Antiquissimus eorum est quo Abraham ab Ebron Hethita emit agrum. Geneseos autem cap. xxiiii, 16 scribitur: Obedit igitur Abraham ipsi Ebron, & appendit Abram ipsi Ebron argentum, quod dixerat in auribus filiorum Heth quadringintos Siclos argenti transversis per mercatores. In Ebraeo enim est Ceseph sive argentum non argentei: ut liquido appareat non fuisset argenteos Siclos signatos. Exodi xxii, 17 agitur de dote violata pueræ à stupratore danda: argentum appendet juxta docem virginum. 1 Paralipomen. xxii, 25  
ubi

ubi agitur de contractu Davidis Regis cum Arnone scribitur: *Dedit David ipsi Ornon pro eo loco Siclos auris (non aureos ut vertit Pagninus) pondere sexcentos, Ipse Rex emptor est & tamen appendit aurum.* Quod utique non fuisset opus, si aureus numerus signatus fuisset tunc in usu. Achabo porro Rege i Reg. XX, 39 Propheta dicit: *talentum argentum appendes.* Etiam præterea lv, cum dixisset Propheta, *omnes fitientes venite ad aquas, & vos quibus non est argentum venite, emite & comedii: venite, emite absque argento, & absque pretio vinum & lac, subjungit* pag. 2: *Quare appenditis argentum in non panem?* Notum autem est Prophetam vixisse Hiskia Rege. Cum primis memorabilis est contractus initus inter Jeremiam Prophetam & patrualem ipsius super agello quodam, qui describitur Jeremie cap. xxxii. Initus autem ille est anno decimo Sedeniarum Regis & Nebuchadnezzaris decimo octavo, ut habetur initio capituli: quem annum proxime antecedere annum captivitatis, ostendimus in *Adversariis Chronologicis.* Diserte autem scribitur p. 9. *Emi itaque agrum ab Hanameel filio patrui mei & appendi ei argentum, septem Siclos & decem argenti.* p. 10. *Et appendi argentum in flatera.* Non adferam huc quod legitur Esdræ lxx, 25. 26. 29 de appensione argenti & auri, ut nec quod habetur Es. xlvi, 6: non enim ibi agitur de moneta. Sed & ex iis quæ produxi liquido appetet, id quod asserimus: usque ad captivitatem Babyloniam nummos appendi solere, non numerari.

Constat porro, ab illa captivitate ad Simonem usque per annos quadragecentos quinquaginta & quod excurrit, Israëlitæ non habuisse sui juris tempore publicam, sed degisse sub dominatu, Babyloniorum, Persarum, & Macedonum. Hinc vero consequens est, tanto temporis intervallo desuisse ipsis facultatem propriam monetam cudendi, atque adeo non sua sed allorum nummis fuisse usos. Non enī monetam cudere fas solet esse nisi iis qui sunt juris. Utque nonnullis hoc forte induitum sit, in-

sit interdum, Judæis tamen hoc fuisse negatum argumento est id quod in Maccabæorum historia legitimus, singularis beneficij loco monetam cedendi potestatem fuisse Simoni concessam. Ac proinde etiam alterum illud quod demonstraturos nos promisimus jam evictum est.

Roborabimus hanc nostram disputationem testimoniis trium præstantium auctorum, et si non omni ex parte idem nobiscum disertè fuerint professi. Alter est Ariæmontanus, alter Waserus, tertius Waltonus. Ille in suo *Ephron* ita loquitur. *SEKEL* nomen trahit à verbo *SAKAL* quod ponderare Latine dicere possumus, & *SEKEL* ipsum pondus etiam non inconcinnne interpretari. Fuit enim antiquissima etiam & equissima moneta expenso, in qua nihil fraudis aut detrimenti accipi poterat, quandoquidem statera certissima desellus & incrementi est indicatrix. Atque hoc modo appensum argentum, tametsi non signatum fuerit, neque cufum, nullam omnino fraudem admittit. Illud scimus, non tantum olim in ipso primo moneta inventa tempore, sed posterioribus etiam longè porro seculis, cum numitorum cuforum frequens ubiq. usus esset, argentum etiam & aurum non cufum in commercio fuisse receptum, quod vel ex Graco nomine ænq; ab Hebreis etiam usurpato, manifestè arguitur. De quo legitimus in libro *Mishnah* tract, de decima secunda cap. 1. & tract. de *Gediath*. 3. Waseri hæc verba sunt l. 2. cap. 3: *Pecuniam veteres Hebræi Chaldei atque Syri, non ut nos, numerabant discretè, sed ponderabant, seu librabant: hoc est ex pondere ejus summam colligebant, ut nos ex numero.* Reliqua ejus adjicere non est necessum. Waltonus de Siclo agens ait: *Moneta argentea ponderari olim solebat.*

Quantumvis autem hæc jam clara sint, duo tamen, priusquam argumentum hoc deseramus, nonnihil adhuc illustrabimus. Primum eorum est, quod non videatur commode potuisse ab Israëlitis commercia institui, si caruerint signatis nummis. Ast observandum, commercia levia & rara non exigere signa

tum nummum, ad magna autem demum & frequentia per esse utilem. Hinc sancti olim plurimi populi sola permutatione mercium sunt usi; alii admodum sero nummos signaverunt. Apud Romanos ipsos constat, primum Servium Tullium et signasse, argentum paulo ante primum bellum Punicum, aurum longe seriūs, charactere notatum esse. Jam vero Israëlitis olim haud fuerunt cum aliis populis multa commercia, ut praecitate monuit, prudentiam Legislatoris etiam hoc nomine commendans Josephus l. s' contra Appionem: inter se fere itidem rara fuerunt & levia, quoniam abunde unicuius pene fuit divina soli fœcunditate de vita necessariis prospectum; ut defensus facile potuerint suppleri simplici permutatione, aut appenso argento, aut fortassis & æreos nummis. Nec enim ullo constat argumento, etiam æreos omnes *diaphane* fuisse, perinde atque argenteos vel aureos. Nusquam sane leguntur etiam æri appensi, nec tamen verisimile est, æreos omnino desuisse etiam ante Babyloniam deportationem.

Alterum est, quod videatur, Judæ proditor fuisse appensos nummos, quo tempore tamen signati nummi fuerunt in communi, usu. Verum perperam quidam interpretari sunt illud Matth. 26, 5 οἱ δὲ ἄστροι αὐτὸν τελέσαντες λέγουσι: dicitur enim ibi nihil aliud, quam illud pretium tunc fuisse constitutum. Non doros statim tunc illos argenteos, ex Marci pariter & Lucæ sacris narrationibus sane paret. Ille enim cap. xiv. 1 scribit: καὶ ἀπηγέλαστον τελέσαντες δύο polliciti sunt ei pecuniam se daturos. Lucas xxii, 5. καὶ οὐδὲν τελέσαντες δύο pauci sunt pecuniam illi se daturos. Post perpetratum videlicet proditionis scelus Judæ argentei illi promissi sunt demum soluti.

## CAPUT VII.

*Nulum nummum Assiriis aut Ebraicis literis inscriptum esse bona nota aut multum vetustum.*

**H**isce expeditis non tantum sic miter jam consistunt quæ diximus ad Paradoxum secundum, sed etiam parata via est ad reliqua omnia probe constituenda. Ut proinde inoffenso quasi pede licet nunc progredi. Quapropter sine mora PARADOXUM quoque TERTIUM justis argumentis muniemus.

Igitur Ebraeorum qui feruntur nummorum alii Assiriis alii Samaritanis literis inscribuntur. De priore genere jam disputabimus. Et verò quicunque literas Assyriias non ab Esdra demum in usum traductas contendunt, illi omni opera nuntur persuadere, pridem, florente republica antiqua, cum solitos cum literis illis etiam nummos nonnullos; ut habeant scilicet quod opponant adversariis, solos Siclos Samaritanis literis inscriptos in vetusta illa tempora referentibus. Ego in quam propendeam sententiam, de Assyriarum literarum antiquitate, ingenuæ jam proposui in medium; capitibus proximis. alteri illi nummorum generi longè item recentiores natales esse, docebimus. Atque ita nihil eorum, quæ hinc inde de nummorum utriusque fortis vetustate asseruntur, me habet sollicitum: nihilominus tamen persto in Paradoxo Tertio: *Nulum nummum characteribus Assirius, vel hodie receptu Ebraicus, notatum, esse bona nota aut multum vetustum.*

Illud me asserere faciunt duo argumentorum genera. *Prius* in communī demonstrat, nullos ejusmodi nummos ab Israelitis olim fuisse eudi solitos, atque ita nec eos qui nunc circumferuntur genuinos esse sed effictos. Alterum speciatim singulos ejus fortis nummos, quotquot hodie sunt in manibus falsitatis convincit.

*Esi autem statum inmando Paradoxo meo sufficiat, posterius*

argumentorum genus, etiam alterum tamen nunc in medium adseremus; quoniam simul cavit, ne quidam ejus fortis impo-  
sterum forte producti, hactenus autem ignoti nummi, cuiquam specie veri imponant, aut facessant molestiam.

1. Ratiocinatio autem mea illa communis gemina cum sit, prima hæc est. Ebræi aut Samaritani characteres, non Assyrii, ab Abrahami ævo ad excidium usque Israëliticæ gentis Roma-  
num, fuerunt ad civilia quævis negotia expedienda usurpati, ergo etiam exhibiti sunt ad monetam si quæ fuerit signata. Ex consequenti, nummi illi Assyriis literis inscripti non sunt publica auctoritate confecti, sed post excidium denique cura nonnullorum privata, atque ita mentiuntur priscum ævum, & malæ sunt notæ. Secunda est. Israelitæ olim usque ad Simo-  
nem Halmonæum non signaverunt nummum aliquem sive ar-  
genteum sive aureum; qui ergo alterutrius horum metallorum hodie ostentantur, etiam si Assyriis fuerint characteribus insigniti, saltim ante illud ævum confecti non sunt, & si qui velint antiqui-  
ores videri sunt mali commatis & suppositi.

Uttriusque ratiocinationis meæ principium, sive antecedens, ut in Logicis loquimur, nisi fallor, abunde jam demonstravimus: consequentia autem liquida est; ideoque nec de conclusione potest dubitari. Fortassis tamen quis dixerit, ad civilem quidem usum non fuisse olim nummum signari, aut aliis quam Samari-  
tanis literis inscribi solitum, & hoc duntraxat me vicisse: artamen in sacris aliud observatum, & hæc habuisse suam singularem mo-  
netam, eamq; Assyriacis vel sacris fuisse literis signatam. Verum enimvero omne hoc mere esse commentitum, etiam me non monente liquidum est, & Capite decimo clarissime probabitur. Nunc hoc unum duntraxat moneo; neminem fortassis sive Ju-  
deorum sive Christianorum ante Athanasium Kircherum, pro-  
fiteri ausum, Siclos Assyriis literis insignitos sacris solùm usibus  
inservuisse, nec id ab illo fuisse probatum ulla ratione sed tantum-  
modo

modo assertum. Certe hoc nunc quidem satis est, tantisper donec promissa subsequantur.

Communes igitur quidem ratiocinationes bene se habent. Nunc in specie magis, ut vulgo loquimur, ad singulos hujus sortis nummos progrediemur. Ostendemus videlicet, etiamsi forte aberraverimus in propositissimis communibus, & quamvis nihilillorum quæ Capite præcedente agitavimus esset cognitum, nihilominus Paradoxum nostrum firmo pede consistere: singulos enim illos nummos qui haecenam innouerunt suppositios esse, etiam aliis indicis reddam manifestum.

11.

Initium examinis faciemus ab iis nummis qui ab Hottinero sunt memorati. Illum nulli eorum quos conspicerat auctum fidere, magnum tamen quid sibi persuasiss de solo illo numero qui Salomonis haber radiatum caput, haud obscurum est velex iis quæ in Epistolâ mibi reposuit. Non faciunt enim quidem contra me quæ addit; nondum satù hactenus probata corum est sententia, qui quadratis Hebraeorum literis ultimam abjudicant antiquitatem: non enim & ego cum illis sentio, sed potius cum Hottinero, et si haud probem, vetustissimos Hebraeorum Codices inscriptiones &c. abunde satù id docere, cum nihil horum non sit longe recentius Esdræ ævo: saltim tamen Salomonicus ille nummus ex ipsius sententia Paradoxum meum subruit. Adduximus jam præcedente capite Viri Optimi & integerrimi varia dicta: quæ luculenter demonstrant, reliquis id genus nummis parum, huic uni autem multum fidei illum tribuisse. Nos autem jam tum demonstravimus, etiam illum nummum Salomonium suppositionem esse, & ne quidem à Judro homine sed aliquo Christianum se professo, contra Christi tamen sanctam regulam, confictam esse.

Fecit porro depingi quidem Vir incomparabilis Tab. vi loco primo nummum, in cuius una parte literis Assyriacis legitur: *Siclus Davidis, absconditus in thesauro Zionis in ade sancta:*

in aversa, Dominus custos Israëlis, Rex gloriae Hierosolymorum. Sed, judice ipso pag. 123 nihil habet, nec pondus, nec stylum, nec artificium sculptorum, quod antiquitatem sapiat.

Tabula eadem sexta exhibet n. 3. & Abrahamo attributum nummum, eumque sine censura dimittit pag. 123. Non tamen hoc debet accipi ceu indicium approbationis. Nam Tabula eadem n. v etiam alium proposuit Salvatoris effigie insignitum, ut & Tabula iv n. 2 Mosem arietis specie cornutum, & utrumque sine nota memorat pag. 149, neutrum tamen approbavit: perinde atque à nobis uterque jam est explosus Capite precedente.

Idem Hottingerus porro Tabula quinta loco quinto dengi fecit nummum referentem Sicli inscriptionem Assyriacis literis, & nusquam rejicit.

Quoniam vero Salomonium nummum ipsis etiam id genus Siclis longe præfert, haud obscurum est, ne hos quidem fuisse apud illum in existimatione. Nos de illis paulò post agemus cum aliqua curâ.

Præter hos autem & quendam Davidi tributum, in suo quidem libello de Ebraorum nummis & primæ & secundæ editionis, memorat nullum characteribus Assyriis signatum, nullum quoque eorum laudat; ast ille Davidi adscriptus deinceps nō dēbet à nobis convincetur.

In Bibliothecario denique suo Hottingerus pag. 114 scribit, nactum fese duos Siclos argenteum & æneum literis Hebraicis notatos, sed nullam, inquit, antiquitatis præ se ferunt speciem. Hi autem illi sunt quorum imago expressa est Tabula prima. Dixerat vero paululum ante de Siclo quem acceperat, Samaritanis inscripto literis: illi procul dubio antiquitatis axioma non potest abjudicari. In universum igitur, omnes hujus fortis Ebrei nummi, quosquidem vidi aut descripsit Hottingerus, fuerunt malæ notæ; ne Salomonio quidem excepto, qui unus visus ipsi est quanti-  
vis pretijs.

Quod

Quod attinet præterea illos, quorum jamjam meminimus, Abrahami & Davidis nominibus insignes nummos, haud me fugit, ex Bereschith Rabba Parascha 39, quem librum credunt nonnulli tertio post natum Christum seculo conscripturn esse, quiq[ue] à Judæis magni aestimatur, adduci verba quædam in hanc sententiam: *Quatuor sunt quorum moneta in mundum exiit, Abraham, Iesu, David, & Mardochai.* Sed & Christianus Gerson libro quem Thalmudis Judaici cognomento vernacula Germanorum lingua conscripsit, parte altera cap. 18 p. 577 refert ex Baba Kama, quinque nummorum veterum species, primam Hierosolymitanam, alteram Abrahami, tertiam Iosuæ, quartam Davidis, & & quintam Mardochæi. In ea tamen Babæ Kamæ Hebreo-Latina editione, quam debemus curæ Constantiæ l' Empereur, nihil tale potui reperire. Sed forte in Gemara non in Mischna, qua ego sum usus, continetur.

Quicquid hujus sit, ab Abrahamo nummos esse signatos, videtur jam olim à Judæis etiam Epiphanius, ut alias fabulas haud paucas, audivisse, & spectasse isthuc quando scribit *I. de mensuris:* *Argenteus excusus est ab initio. Numisma autem hoc ab Assyriis excusum est. Auctum Abrahatum in Canaanam formam ejus intulisse.*

Ex Bereschith Rabba porrè constanter refertur, Abrahami numnum in uno latere habuisse scriptum: *Senex & anus, in altero Iuvenis & virgo:* Iosuæ in uno latere bovem, in altero unicornum: Davidis in una parte baculum & peram, in altera turrim: Mardochæi in latere unio saccum & cineres, in averso coronam auream.

Solent postremò etiam nunc versari in manibus nummi argentei Abrahami cognomento, habentq[ue] eam quam diximus inscriptionem & quidem literis Assyriis, non Samaritanis. Et vero ejus nummi ecclipsas à me quoq[ue] fuit Hottingero missus, ex nummario thesauro Serenissimi Duci Antonii Ulrici, & ab illo ære est expressus Tab. VI. Pridem quoq[ue] similem nummum Joannes Maccharius Sarepta concione XIV Boguslao ab Hassenstein ex Palæstina ac-

na acceptum, memoraverat. Num & reliquorum trium nummi illi circumferantur, haec tenus mihi est incompetum.

Quantumvis verò hæc ita hodie quoque Judæi referant, & Christianorum nonnulli credant, non dubitavit tamen Villapandus omnam hanc traditionem commentis Judaicis accensere & risu prosequi Tomo IV parte secunda cap. 27 sub finem. Sed denus ita loquitur hac de re l. 2. cap. 6. pag. 180 & 192 & 193, ut facile appareat, neutquam illi narrationi certam fidem habuisse. Nusquam etiam ab Hottingero illa probantur: et si silentio censorum occulteret. Quod si sane probasset non illis eximiis laudibus solum Salomonium nummum evexisset.

Ne quid diffitear, mihi quoque hæc omnis narratio videtur esse Judaica quædam sequoris ævi fabula. Primo enim haud leve prosector sed saltim magnum quid est, Abrahamum & Mardochæum nummos cudi fecisse. Et tamen rem tantam non codex duntaxat sacer sed etiam diligentissimus Antiquitatum gentis suæ scriptor Josephus, ne verbulo quidem memoravit. Cui verosimile porro fiat, si unctemporis nummos signare moris fuit, solos quatuor illos id juris exercuisse non & alios Judices ac Reges, & quidem hos inter nec Solomonem ipsum, qui unus omnium maxime polluit auri & argenti copia, ac longinqua etiam commercia nautica instituit? Jam porro Mardochæus non nisi servus Regius fuit, quei ergo illi concessa fuerit facultas, nummos suo nomine insigniendi? quod ab illo factum esse refert in Schalscheleth Haccabala Rabbi Gedalia. Abraham porro fuit peregrinus inter Cananæos & viram egit privatam: non valuit itaque potestate signandi nummos in usum quidem Cananæorum. Nec vero quisquam temere ipsius signo fidem in commerciis habuisset. Non ipse etiam Abrahamus egit mercatorem, atque ita nec in mercatorium usum signare argenteum ipsi opus fuit. Emerat quidem præterea ab Ephrone Hetbita agrum sed non signato argento verū ponderato:

ut

ut nos Codex sacer docet. Quin imo sc̄um illud est, paulo  
antequam Rebeccam duxit Isaacus, atque adeo illo tempore  
quo non poruit Rebeccæ & Isaaci fieri in nummo aliquo mentio.  
Quam inepta denique illa est inscriptio: *Senex & vetula, juve-  
nu & virgo!* Jam utique defuncta fuit Sara sive vetula, quan-  
do contractum est inter Isaacum & Rebeccam matrimonium.  
Nec virgo fuit Rebecca postquam illam domum Isaacus duxis-  
set. In idem tempus sanè hæc non conveniunt. David præ-  
terea Rex ponderato non signato argento emit aream Ornonis  
Jebusitæ: quis ergo credat illum nummos signavisse? Nec pedi  
pastoralis & peræ signum convenire dixeris nummis Regiis: ut-  
pote qui cudi solent simul conservandæ Regiæ auctoritati. Ut  
verbo omnia absolvam, ridicula & tantum non anilis hoc omnia  
fabula est.

Illud tamen etiam non possum non monere, ex illa Judaica  
traditione non accipi posse, quo characteruni genere, Ebræo ne  
vetere an Assyrio, nummi illi fuerint signati: quoniam in *Be-  
rechith Rabba* illud non est discreta significatum. Versimile  
sane est, Abramatum, si quem nummum signavit, fuisse usum  
characteribus Cananææ tunc genti usitatis atque adeo Ebræis,  
ut possent nummi illi legi atque intelligi in usum civilem. Nec  
vero est quod secus existimes, quoniam illi qui nunc circumfe-  
runt Patriarchales nummi characteribus sunt insigniti Assyriis.  
*Quis* credar enim, ipsos hosce nummos ab Abrahami usque ævo  
superstites ad nos pervenisse? Noviter confecti ergo sunt: &  
quidem, ut est probabile, ex fide illius narrationis Rabbinicæ, at-  
que adeo illo tempore quando Samaritanarum literarum usus  
pridem inter Judæos desisset.

Sed de hisce fortasse plus satis. Quæ aurem hactenus  
contra illos fabulosos nummos attulimus, eorum bona pars ever-  
tit etiam alterum illum nummum, qui etiam nunc frequentius  
Davidis nomine circumfertur. Ecce typus ejus missus abs me

fuit Hottingero: non expressus tamen est præ optimi viri occupationibus. Sed dudum superioreq; seculo ejus imaginem derat jam Waferus pag. 72, hujus vero seculi anno 54 ο μλυμα-  
γισα@ Kircherus Tomo 11 Oedypi classe secunda pag. 99, & pōst anno 59 Clarissimus Dilherrus in Atrio linguae Sanctæ. Descripserat quoque pridem hunc ipsum nummum Joannes Matthiæsius in Sarepta Homilia XIV fol. 229: & memoraverat Schickardus in Bechinath pag. 85, nec non hujus pariter ac Waseri sive Hottingerus pag. 148 editionis secundæ, ut & apud Hottingerum p. 119 Anonymus quidam Antiquarius. Est autem plane is nummus quem Christianus Gerson Hierosolymitanum appellavit, atq; ex Baza Kama produxit. Inscriptio certe omnino eadem est. In uno scilicet nummi illius latere literis Assyriis leguntur: *David Rex & Filius ejus Salomo Rex.* In altero latere cōspicitur, non Arcis ut Schickardo, multo minus Templi quod aliis placet, figura sed potius Portæ, & quidem, ut acute conjectit quondam Vir doctissimus, idemque mihi carissimus gener, Joannes Joannis F. Saubertus, Portæ Piscatoriz, prout eam Adrichomius videndam exhibuit: fuit autem illa proxima turri David, inter montem Sion & civitatem, è qua proximus ascensus fuit in Sion, dicta alias Porta David. Assyris porro literis additam habet nummus Φηρεγ Φλω: *Jerusalem Urbs sanctitatis.*

Hunc inquam, nummum, itidem esse commentitium, liquido ostendunt, cum illud quod Sacer Codex nos doceat, Davidem non signato sed appenso argenteo nummo fuisse usum, cum quod demonstraverimus, ad omnes civiles usus isthac tempestate fuisse adhibitas Ebraæs non Assyriacas literas. Satis porro idem prodit rudis illa opera, ut nequeas facile dignoscere, num Arx, num Porta, num Turris fuerit per figuram significata. Qualem ruditatem non ferunt res Davidis, magni utique Regis & qui vicinos habuit Tyrios insignes artifices. Nihil præterea cautele est, quor Davidis & Salomonis nomina in aliquo numero

mulo tenuis pretii (quem sane ego vidi, fuit duntaxat duarum drachmarum & gran. 27) jungerentur, & quidem cum alii numeri genuini Davidis pariter & Salomonis nusquam compareant.

Feruntur porto & Absoloni nomine argentei; rariores tamen, nec à quoquam sive veterum sive recentiorum lsudati. Mihi illi visi non sunt; haud dubie tamen & illi sunt facti sequore ætate. De iis leonis aliiquid dicere nihil attinet.

Majoris sunt frequentia & apud quam multos opinionis, solum illi argentei, qui Sicli audiunt & literis Assyriacis inscripti sunt. Et vero non dubitant quidam, etiam docti, bene de illis sentire. Primus omnium fortassis Siculum ejusmodi depinxit. Villalpandus *Partis secunda cap. 21 pag. 378*: agens vero *cap. 26 pag. 392* de Siclo isto, & alio quodam Assyriis literis notato numero, neutrum ausus est genuinum pronunciare. Imo *cap. 20 pag. 371* hisce verbis usus est: *Non illa numismata adhuc invenire potuimus antiquitatem redolentia, que eisdem quibus nunc utuntur Hebrei characteribus signantur: cum tamen plura adinvenerimus, atque à probatis scriptoribus commemorata acceptemus longe diversis literis ob-signata.* Jam tum memoravimus clypon quoque ab Hottengero exhibitum; sed ἀντί<sup>τ</sup>illum de ejusmodi Siclorum antiquitate dubitasse, & quos ipse habuit dannas. Exhibitent hujus Sicli figuræ etiam alii, & quidem nonnulli cum aliqua laude. Ego vero idem de hisce Sichis sentio atq; de aliis pronunciavi qui charactere Assyriaco sunt inscripti, omnes nempe illos confessos esse pridem post gentis Judaicæ Romanum excidium.

Præter autem illa communia abs me adducta hujus pronunciati argumenta, confirmant mihi hanc sententiam: primò illa urnæ in Sichis illis institutum fuisse, oculis expovere illa in arca sacerdotis quondam contenta, Urnam Mannæ & florentem Aronicæ familiae sacerdotalistam. Nihil autem ad hanc tem facit thuribulum. Ex imperitiâ igitur rudis rerum

sacraeum hominis alicuius, sive Judæi sive Christiani, facta est illa in thuribulum mutatio, quæ post pari imperitia propagata est. Quia in aversa parte præterea spectatur ramulus, non sane jam fœtus amygdalis, sed solis foliis. Unde nonnullis defensoribus visus est olivæ ramulus esse. Sed quid faci quæso habet olea, ut ejus ramulus signarit Siculum, nummi genus omnium sanctissimum? Potius hæc quoque illius Sicli pars prodit ruditatem artificis. Ruditatem porro insignem prodit ejusdem aversæ inscriptio à sinistra in dexteram contendens contra morem Judæis pridem receprum. Indicat hoc haud obscure, auctorem primum ejus generis nummorum ne quidem fuisse Judeum sed Christianum. Vix aliquis porro reperitur ejus generis Siclus, qui exacte sit tetradrachmus, & verum Sicli pondus exhibeat. Qui mibi sanè vidi sunt omnes, ut & quem ipse possideo, deficiunt multum à justo Sicli ponderere. An Villapandus & Morinus suos accurata lance ponderaverint, haud injuria tortè dubites. Omnes postremo ejusmodi Siclos recentes esse, non autem diu mapibus tritos, quilibet rei nummariae veteris facile deprehendat. Quotquot sane mihi obtigerunt, nullum vetustatis indicium præ se tulerunt. Non etiam à quoquam alio in hoc doctrinæ genere versato ulla antiquitatis nota est prodita, etsi paucum tales reperiantur. Unus Athanasius Kircherus, Vir sane admirandæ industriæ & variaz doctrinæ, in *Gymnase Hieroglyphico*, sive *Tomo secundo Oedipi Agyptiaci pag. 97* scripsit: *hujus nummi prototypon adhuc in suæ Jesuiticae sodalitatis Numismaticæ Romæ observari*, qui negoquam reliqui Sicli cedat antiquitate: ejus quoque exhibet *et typoni pag. 98*. Ast cui probabitur, illud quod Romæ invenitur esse Prototypon? Quodnam enunciati hujus est certum argumentum? Quidnam potest vel verofimile hoc reddere? Urque sit Prototypon; quid demonstraveris, illud reliqui genuinis Siclis non cedere antiquitate? Sed & si uni Prototypo isti Romano hæc laus debetur, saltim reliquos

quos id genus antiquitate vincunt Sicli Samaritanis literis inscripti, atque adeo reliqui isti sunt demum post Vespasianā & Titi de Judæis triumphos confecti, & haec tenus non merentur genuinis nummis accenserī. Fabulosa denique esse illa Kircheri, quālī alii Sicli fuerint usualis moneta, hos vero demum sanctuarii oblatos, ad Paradoxum sextum līquidō docebimus. Quid ē esto, sit Prototypos. Non tamen hoc indicat, legitimū vel illum prototypon esse, & non fictitium. Nec sane omnia Romana sunt genuina.

Quæ cuncta quoniam ita sese habent, jam patet verum esse id quod asseruimus: Nullum nummum, characteribus Hebraicis vulgo jam usitatis ornatum, esse bona note aut multū vetustum. Id quod erat mihi probandum.

## CAPUT IX.

*Non posse certis argumentis demonstrari, nummos, qui Samaritanis characteribus sunt inscripti, captivitate Babylonica esse antiquiores.*

**Q**UUM Epistolam exararem, proponeremque inter alias QUARTUM PARADOXUM, non fugiebat me præter nummos Sicli nomen inscriptum habentes, etiam alios reperiri Samaritanis literis notatos, iisque tribui solere non minorē quam Siclis istis antiquitatē; ideoq; non solorum Siclorum feci mentionem. Potuisset tamen id abs me fieri, quoniam hi omnium sunt præcipui, & eorum veritas soler maxime videri verosimilis; imò etiam, quia vulgo quasi receptum est, Siclorum nomine omnes Ebraicorum nummos usurpare. Agemus igitur hic de utroque nummorum ejusmodi genere, præcipue tamen de veris Siclis.

Prius verò quam Paradoxum ipsum aggrediamur, binas quasi hypotheses præmittemus. Altera est, superesse etiamnum genuinos

genuinos ex prisco ævo istius generis nummos: Altera, nummos illos non deberi Samaritanis sed Judæis.

Secundum probat ipsa Sclorum inscriptio. Non enim Samaritani Israëlitæ sese professi sunt, non Hierosolymam in pretio habuerunt, multo minus eam sanctæ eloq[ue]nt exornassent. Reliqui nummi non quidem hoc indicant æque aperte, attamen & in illico Judaici nominis non obscura licet vestigia invenire. Id quod proximo Capite luculentius patebit.

De priori omnia usque adeo sunt certa, ut nemo etiam illorum, quibus in disputatione de literis priscis Ebraeorum h[ab]entum suis Samaritanis characteribus graves sunt, haec tenus numerorum istorum legitimos natales impugnaverit.

Primus tamen forte tales nummos memoravit Rabbi Moses ben Nachman Gerundensis Hispanus, sed jam ante quingenos circiter annos. Villalpandus cap. 21 varios enumerat. Primum fide Ariæmontani illum Mosi Gerundensi visum: Secundum istum qui ipsimet Ariæmontano fuit oblatus: Tertium, quem memoravit & depinxit Antonius Augustinus: Quartum quicum alii in Polonia est repertus & sibi monstratus à Stanislaw Rescio: Quintò Siclos contentos in Læli Pasqualini promptuario: Sexto Siclos consimiles Fulvii Ursini & Illephonii Ciacconii: Septimò Siculum visum Maimonidæ: Octavo illum quem vidit Rabbi Alarias auctor libri Meor Enaim: Nono visos Rabbi Mosi Elsecher. Præter hos autem alii haud pauci ab optimæ fidei viris præclare doctis sunt memorati: ut taceam nunc eos quos ipse metuvi non semel. Solent autem Sclorum quidem eædem esse inscriptiones, & imagines, nisi quod non nihil quidam varient circa characterem qui super urna continentur, & indicio quod non nullorum sint Semisicli. Primus verò omnium exquisite Siculum pictum, sive potius ære expressum, exhibuit Ariæmontanus in Ephron. Post illum à variis id factum. Alios nummos Ebraicos ejusmodi itidem non vnuis produxit. Præ aliis merentur industria

dustriæ laudem, Waserus, Morinus, Walthonus, & Kircherus. Plerosque id genus, (non tamen omnes) produxit in suis Tabulis, tertia comprimis quinta & sexta Hottinger. Quos solos hic retulisse sufficit: præsertim quia Hottingeri liber omnium maxime est obvius, aliorum hujus argumenta scripta perquam sunt inventu rara.

De hisce verò nummis sine discrimine omnibus, præsertim tamen de Siclis, obtinet hodie quasi communis Judæorum pariter & Christianorum, & quidem quamvis doctissimorum, sententia, nullum non horum antiquiore esse exilio Babylonico. Quidam Siclis non dubitant tribuere longe antiquiores natales: cūsos nempe esse ante illam divisionē Israëlitici populi, quæ contigit post defunctum Regem Salomonem, quum adhuc una Hierosolyma haberetur communis omnium tribuum sancta metropolis. Non enim illi duntaxat hoc affirmant, qui Samaritanos dictos characteres solos ante Esdrām in populi Israëlitici usu suisse statuunt: quo in numero sunt Philologizæ sacræ principes, Scaliger, Ariæmontanus, Villalpandus, Druſus, Vossius uterque, Masius, Fabricius, Waserus, Ludovicus Cappellus, Waltonus, aliique: sed eriam illi qui acerrime iis se opposuerunt. Quorum potissimum cum sit præclarus eruditione Orientalium sacrum rerum vir Joannes Buxtorfius filius, ejus unius satis est verba quædam hue adducere. Dissertatione enim de Ebraeorum literis §. 64 scribit: *Non negatur, Siclos illos tempore primi templi cūsos suisse.*

Primus omnium, nisi fallor, nummum aliquem Samaritanis characteribus inscriptum, sed sequioris palam avi, depinxit & spestandū exhibuit ὁ Αθανάσιος Kircherus Tomo secundo Oedipi Ägyptiaci Classe 2 cap. 2, §. 2, pag. 102, opere Romæ edito anno quinquagesimo quarto. Sed in paucorum hoc notitiam venit proper voluminis & ipsiusmet nummi raritatem. Post Kircherum secundus, quod equidem sciam, Hottinger anno quinquagesimo

nono editione prima libelli sui de *Nummis*, aliquem horum non dubitavit eidem Simon i Hasmonæo vindicare pag. 131. Scribere item pag. 127: *Non omnes nummi characteribus Samaritanorum notati, ultime sunt antiquitatis & ævi Christo prioris.* Non certe illi de quibus *Theseus apud Wascerum* pag. 42. Hæc ille post Kircherum quidem secundus, in Germania tamen, atque adeo in communem plurium usum, primus, nec à Kirchero institutus. Nec vero etiam *Theseus* quidquam dixit quod Hottingero faveat. Wascerus sane hoc tantum loco citato scriptis: *His litteris Samaritanis anem aliquot nummos Julii II & Leonis X Pontificum temporibus, Romæ se vidisse: Theseus Ambrofius testatur Introductione in linguam Chaldaicam Syriacam, Armenicam & decem alias linguas.* Agnovit tamen cum Kircherus cum Hottingerus, plerosque nummorum hujus sortis captivitate longè antiquiores esse.

Huic assertioni sive priori communi, sive alteriusq[ue]m Hottingerianam dixeris, QUARTUM PARADOXUM non est oppositum: ideoque ad rem quoque non facit Hottingeriana responsio. Tantum negavi enim, posse illas assertiones certas reddi. Ita sane sese habent verba mea: *Non posse ullo certo indicio ostendi, nummos qui literas habent inscriptas Samaritanas captivitate Babylonica esse antiquiores.* Utrum à me ostendi possit nec ne, illos captivitate esse posteriores, non erat in questione. Ostensum autem iam tum à me idipsum est hujus libelli Capite quinto: dum scilicet probavi, ante Babylonicum exilium appenso non signato nummo fuisse Israëlitas usos.

Cæterum inquiremus hoc loco, quidnam tandem adeo multos non Judæos duntaxat sed etiam Christianos, Viros sane doctos, adegerit profiteri, nummorum illorum tantam antiquitatem.

Videor autem mihi observasse rationes, quibus fuerint mori: aliam omnibus illis nummis communem, alias singulares magis huic aut illi nummorum istorum speciei.

Gene-

Generalis hinc omnibus communis haec est; quod literæ veteres Ebrææ fuerint quidem in communi usuante captivitatem Babyloniam, etiam apud illos, quibus Hierosolyma habebatur urbs sancta & sacrorum à Deo instituta sedes, post Esdram tamen solis Samaritanis fuerint relictæ. Cum ergo quæ in hisce nummis comparent literæ, non sint Assyriacæ quales Esdra traduxit in usum, sed veteres Ebrææ, & tamen hi nummi non sint Samaritani sed Israëlitici populi; necessariò nummos hosce consecitos esse ante non autem post exilium Babylonicum. In hunc modum videas ratiocinari viros eruditione eximios, illos etiam, qui literis Assyriis ante Esdram ne quidem ad sacros usus locum ullum fuisse contendunt. Non adducam verba cujusquam, cum omnibus sint in promptu.

Ego autem agnoscō, consequentiam ratiocinationis illius firmam esse; sed antecedens à veritate longè est alienum. Nempe quod post Esdram literæ Assyriacæ sint ad omnem civilem quoq; negotiorum usum adhibitæ, & quod ἱερὰς Ebraicæ veteres Samaritanis relictæ, est ratiocinationis illius antecedens quidem, sed neutiquam vero consentaneum. Jam tum hoc ostendi cap. quinto. Nunc contentus ero uno illo, quod Kircherus ipse & Hottingerus liquidum fecerunt: à Simone scilicet Ethnarcha nummos aliquos esse culos, antiquis Ebræis, atque adeo illis quibus tunc & Samaritani utebantur, literis insignitos. Capite proximo pluribus exemplis id fieri perspicuum.

*Speciatim pro Siclorum, qui antiquis Ebræorum literis signati sunt, illa magna verustate, videtur pugnare ipsa inscriptio: Sicut Israël & Ierusalem sancta. Benedictus Ariæmonianus princeps omnium fortassis ad indicia haec attendit. Hisce sane verbis usus est in suo Ephron de Siclo Mosis Gerundensis, qualis etiam sibi obtigerat. Inscriptiones suisse in eodem nummo Samaritanis characteribus, qui olim communis totius Israëli litera fuerant ante discessum decem tribuum à duabus, lingua plane Hebraica, qua-*

rum exemplum ex altera parte erat Sekel Israël, quod Latine sonat Sichlus Israëli, exalterata vero parte Jerusalaim Kedosrah, h.e. Jerusalēm sancta. Qui nummus antiquitatem omnino magnam probabat, utpote eius nomine Israël, eo tempore quo omnes duodecim tribus communī concordia Israēlu nomen oblinebant, quoque Hierosolyma ipsi omnibus regta urbs sanctaque erat, eademque communis omnibus & religionis & publica rei & moneta atque literarum ratio, que postea, discensione facta, alia atque alia utrique parti fuit. Namque Judai, ut omnes sere scriptores afferunt, ne cum schismaticis Israëlitis usq[ue] sacrorum usu communicarent, eam literarum formam, quam uicet etiam in usu est, breviter quadratam, mutata valde alterius priorū figurū, adinvenerunt. Hæc omnia de S. Scriptura regiè illustrata maximam laudem commeritus Ariæ Montanus.

In hisce verò mireris haud immerito, primum illud affirmari: statim à discensione decem tribuum aliam atque aliam redditum literarum sive scripturarum rationem, idque omnes sere scriptores afferere: quum tamen soleat quasi communis ore omnis literarum mutatio attribui vulgo Esdræ, qui prima illa discensione recentior est annos quadringentos.

Secundo mireris, non attendisse virum hoc in doctrinæ genere summum, quād exiguo temporis spacio Hierosolyma fuerit olim habita omnium tribuum commune quoddam sacrarium. Et verò non tale quid potuit existimari, saltim priusquam à Davide arca foederis fuit ex domo Aminadabi in urbem illam adducta: imo credi vix potuit ante conditum à Salomone templum; tunc sane demum, fixam sibi sedem Hierosolymis Deum posuisse & Urbem illam sanctificasse, hominibus innovavit. Jam verò ad defensionem usque decem tribuum, à translatione arcæ divinæ anni circiter septuaginta, à dedicatione templi triginta duntaxat effluxerunt. Intra tam exiguum autem tempus Siclorum veterum illorum omnium natales restringi, vereor ut ipsi Ariæ Montano fuerit visum verosimile.

Maximē

Maxime Tertio dignum est admiratione, & Atiam & qui ea parte ipsum successu ita differere, quasi cum illo primo schismate desierit etiam postea communis isthac Israëlis appellatio. Per annos quadringentos præterptopter interruptam fuisse, nec ipse diffiteborat verò non multò post solutam captivitatem Babyloniam, certum est redire in usum, ab ipsoque vulgo iterum de omni promiscue Abrahami posteritate fuisse receptam. Hoc sane liquidissimum unicuius potest fieri, ex Malachia & Esdræ & Nehemias libris sacris, ex monumentis Maccabæorum, immo ex omnibus etiam Novi Testamenti libris. Ubi frequentissima est illa communis Israëlis appellatio, de omni ejus posteritate, & seorsim de Judæis. Initium autem hujus sortè factum est sub Xerxes, sive potius Artaxerxe, Persarum Rege, atque adeo ab Esdræ usque atate. Cum videlicet haec tenus à Cyro & Dario Histaspide solis Judæis fuisse facta redeundi in Palæstinam facetas (quod patet ex illorum rescriptis) Artaxerxes, sive Xerxes, promiscue omnibus Israëlitis hanc libertatem concessit, atque ita etiam decem tribuum non quidem omnes quam multi tamen cum Esdrâ sunt reversi, inque unum populum cum Judæis iterum concreti, communis Israëlis cognomento appellarunt denuo cœperunt. Res omnis digna est quæ cum curâ expendatur, leatis iisque habet Josephus l. xi. Αρχαυθογιας cap. V, iisque probe collatis cum iis, quæ memorantur libro Esdræ ut & Nehemias à cap. usque septimo.

Idque ideo etiam, ut simul possit Judæorum nostri quoque ævi calumnia isthac dilata: qua Messiam jactitant aðhuc exspectandum esse, qui non Judeos duntaxat, sed reliquas etiam decem tribus in Sanctam terram reducat, quoniam nimis & hisce tribubus Deus promiserit per Prophetas futuram illam reversionem, quæ tamen haec tenus non sit facta. Sanè cum nuper isolarent passim Judæi circa Messiam suum Smyrnensem, in Synagogis hæc oracula Prophetica curarunt quam maxime pos-

pulo prælegi. Ex iis vero quæ Josephus memorat liquidum est, datam ab Artaxerxe decem quoque tribubus in Media habitantibus, non minus atque Judæis, rediuncti licentiam, imo illas per Esdram esse isthuc invitatas, sed ab impiis risu isthæc omnia fuisse exhibilata, & paucis exceptis reverti illos noluisse. Proindeque videlicet divinis Prophetarum promissis fatis pridem fuit factum (utpote quæ omnia non nisi ~~in~~ fuerint dicta) quantum attinet divinam benignitatem, & frustratio eventus soli impietati nequissimorum hominum est impunitanda, denuo autem exspectare talem reductionem non est divinitus promissum. Quod obiter monuisse licet.

Urigitur ad ~~androgynum~~ Ariæmontani aliorumq; veniamos; firmum quidem est, Siclos illos Samaritanis characteribus signatos, confessos esse quo tempore nomen Israëlis fuit commune, & Hierosolyma eorum omnium commune sacrarium: ut verò falsum, illud contigisse non nisi ante desecrationem tribuum decem Jeroboami fraudibus. A captivitate enim iterum hoc ipsum usum invaluit, fuitque ad excidium usque gentis observatum. Tantum igitur abest, illam quidem Ariæmontani collectionem conciliasse vetustatem usque adeo magnam Siclis istis, ut illi ipsi fundamento innisi nos proximo capite simus demonstraturi, omnes illos Siclos primis Hasmonæis deberi, adeoque captivitate ipsa Babylonica longe esse posteriores.

Sicut igitur pro Sicls nullum suppetit firmum jactatæ antiquitatis argumentum. Multò minus autem valent quidquam illa, quæ de reliquis hujuscæ generis nummis à nonnullis referuntur. Existimatur nimirum, etiam illos paris cum Siclis esse vestiatis, ab ipsis inscriptionibus accepto indicio. Etenim in Siclis quoque quibūdam credunt docti aliquot reperiri nomina Davidis & Salomonis. In aliis ipsemet Villalpandus & Kircherus, deprehendi vestigia Samuelis, imo & Josuæ, non dubitaverunt positeri. Verum enim verò præconceptæ opiniones isthæc legere & de-

& deprehendere præclaros istos viros effecerunt; reapse nihil ejusmodi in iis reportur. Illorum nummorum tres pridem ipsa prima libelli *de Nummis editione*, Hottingerus longe aliud quid sonare, & recentioris esse ævi demonstravit. De singulis iterum agendum nobis erit capite sequente. Itaque nunc tantisper hæc seponantur.

Cum autem hæc ita sese habeant, manifesta jam est Paradoxæ nostri veritas, nempe: *nummos qui Samaritanis characteribus sunt signati Captivitate Babylonica vetustiores esse, nullo certe argumento ostendiposse*. Quod unicum demonstrasse nunc quidem sufficit.

## CAPYT IX.

*Omnes Samaritanis literis inscriptos nummos esse Hasmonæorum & Herodum atate eusos.*

PERVENIMUS JAM ad Paradoxum Quintum; *Nummos omnes Samaritanis literis signatos eusos esse Hasmonæorum & Herodum temporibus, & quidem ab ipsis Iudeis, postquam cedendi nummi potestatem à Demetrio Nicatore fuerant nati*: Samaritanos enim characteres suæ in usu vulgariter, Ebreos autem solit sacris codicibus quasi dedicatos. Priors vero quād ad ejus vindicationem accingamur, duo sunt nonnihil explicatius proponenda.

Horum primum attinet potestatem cedendi nummi Iudeis concessam. Igitur scriptum quidem est à nobis, factam illam indulgentiam à Demetrio Rege: at non à Nicatore, prout vulgo appellatur atque edidit Hottingerus, sed Nicatore. Innummis sane antiquis, qualem & ipse habeo, atque ex quorum uno imaginem hujus regis pingi fecit & suo *Illustrium imaginum eximio volumini* inseruit Fulvius Ursinus, Nicator appellatur ac Deus. Fefellerat autem & nos memoria, isthæc cum scriberemus. Is nimirum qui tantum indulxit Simoni Hasmonæo, fuit Antiochus, qui nuncupatur in Maccabaicis Demetrij filius. Etenim *i.e. Maccabæorum cap. XV* recitantur hujus literæ ad Simonem

Ethnarchum, inque iis demum haec verba: καὶ ἴντεργεφας τοιαῦται  
οὐ πάρια ὅδοι νίμωσα τῇ χρῆσι: quod non male vertit inter-  
pres vulgatus: Et permitto tibi facere percussuram proprii numisma-  
tiū in regione tua. Et autem hic Antiochus is qui & Sidites &  
Pius appellatur, Demetrii Soteris filius Nicatoris frater. Non  
jam alioveraverim autem, hujus demum Antiochi indultu pri-  
mū, jus cuendā monetā sibi Simonem sumpsisse. Quia enim  
Antiochus ille cœpit erigere caput cum iam in sextum annum ple-  
nae libertatis Ethnarcham ageret Simon, verisimile est, Antio-  
chum hunc, quo amicitiam Simonis sibi conciliaret, potius con-  
fissione jux illud quod iam tum rapie Simon exercebat. Et vero, ut  
scribitur l. 1. Maccab. cap. xix, 41: Anno centesimo septuagesimo  
ablatum est jugum gentium ab Israël: Et capit populus Israël scribere in  
tabulā & gestu publico, Anno primo sub Simone summō sacerdote, magno  
duce & principe Iudeorum. Quicquid autem hujus sic, ante par-  
tam istam libertatem cudere monetam non solitos vel ausos  
Iudeos, haud est obscurum. Josephus l. 13 Αρχανδρογια cap. 12  
videtur illius Antiochi omnes largitiones contempssisse: judicasse  
certe indignas memoratu, etsi haud tacuerit illud de libertatis  
per Simonem recuperatæ à populo factæ recognitionis, quod  
paulo ante narravimus.

Etiam illud Secundū, quod diximus de diverso usu Ebræ-  
rum quæ nunc in usu sunt literarum & Samaritanarum, ita acci-  
piendum est prout supra capite quarto docuimus. Ex Esdræ  
scilicet instituto ad sacras scriptiones sole Asyria, sive nostre  
Ebrææ, literæ adhibitæ sunt; prout nunc etiam adhibentur. Quo-  
niam tamen ex Paradoxi nostri sententiâ Samaritanis literis tue-  
runt signati nummi, hinc liquidum fit, saltim ea tempestate  
duplices fuisse Iudeis characteres, alios quasi sacros, alios pro-  
fanos. Id quod itidem οὐδέποτε posuit videri. Etsi enim, ante  
captivitatem Babyloniam literatum illam duplicem rationem  
obtinuisse, guidam affirment quidam negent; ab Esdra tamen  
usque

usque non alias literos agnoscunt utrique quam solas Assyrias sive quadratas nostras. Ego vero, Hasmonaeorum quidem aeo duplices literas fuisse in uso, arbitror liquido patere; ante captivitatem autem idem obtinuisse, est mihi duntaxat verosimile.

Hisce sic expositis possumus jam propius accedere ad institutum. Initio tamen nihil aliud demonstrabimus, quam falso credi a plerisque, omnes omnino Samaritanis literis signatos nummos exilio Babylonico vetustiores esse. Et vero, et si jam ostenderimus deesse certa argumenta quibus id possit probari, nondum tamen asserti illius falsitatem ostendimus. Ceterum falsam quoque esse assertionem istam, duplice, me judice, constare potest haud illiquidio indicio.

*Primum* est, quia ab omni similitudine veri est alienum, nullos superesse nummos ex iis qui ab Hasmonaeorum usque ætate fuerunt cusi, atque adeo sunt ævi recentioris, superesse autem solo illos qui vetustissimis temporibus sunt consecuti. Cum hoc autem absurdum sit dictu, falsum quoque fuerit, omnes illos nummos deberi temporibus Captivitatem antecedentibus. Nec vero est, quod dicas: superesse adhuc etiam post recuperatam per Hasmoneos libertatem conslatos nummos, sed literis quadratis sive nostris jam vulgaribus signatos. Jam enim probavimus capite *septimo*, omnes istius generis nummos qui ostentantur esse suppositios. Syllogismus igitur noster probe hunc in modum sese habet: Si omnes Samaritanis literis inscripti nummi sunt Captivitate priores, ergo nulli supersunt hodie post recuperatam libertatem signati. Sed consequens est vero dissimile, Falsum ergo est & antecedens.

Est *Secundo*, à fide alienum, tantæ vetustatis nummos ad nos pervenire integros potuisse. Præfertim, eorum aliquem Iosuam, aliquem Samueli, aliquem Davidi, aliquem Salomoni, aliquem Asæ Regi deberi. Nil sane reperias simile in ulla gente. Nec enim ulli hodie Assyriorum, Babyloniorum, Medorum,

rum, Persarumque veterum nummi superflunt. Græcorum nummorum vetustissimi haud attingunt. Peloponnesiacum bellum. Romani jam Servio Tullio rege, hoc est ipsa exilio Babylonici tempestate, si non ante, assēm libralem ejusq; partes signaverunt quidem, & æris illius gravis etiamnum superflunt nummi nonnulli. Sed grave illud æs mansit in usu ad bellum Punicum primum, sive annum Urbis quingentesimum octogesimum ciceriter, quo tempore, teste Plinio L. 13 cap. 3, cum impensis reipublicæ non sufficeret, constitutum ut aessæ sextantario pondere ferirentur. Quæ nunc igitur superflunt æris gravis monetae non debent ipsi Servio regi natales suos, sed fortè paulo ante bellum illud Punicum sunt conflatæ. Quem ego habeo quadrans æris gravis, cum nullo pecudem sed præter solitum uno latere referat caput pileatum, videtur mihi quidem indicare partam pulsis regibus libertatem: at illi ipsi temporis tamen adscribete illum secure non audeo; fortassis enim culus est in acceptæ libertatis memoriam, perinde atq; superstites alii nummi consulares vel Quirinum, vel Ancum Marcium, vel Tatium Sabinum aliosque veterum exhibent, cum ipsi longe sint recentiores. Uno verbos illa nimia ævi vetustas vetat credere, tot nummos nunc quoq; superstites illi temporis acceptos ferri oportere. Ubi etiam arque etiam meretur attendi: quosdam illorum nummorum æreos esse, hos autem præ argenteis & aureis minus esse aptos ut fecant ætatem. Manifestum sane hinc est, saltim illorum depraedatam antiquitatem non posse admitti.

At cum nummi isti non sint adeo antiqui, si fuerint quidem post Captivitatem denique conflati, jam probaverimus simul: illos Hasmonæorum aut sequioribus nonnihil temporibus deberi. Post solutam enim Captivitatem, non fuit fas Judæis signare nummos, nisi recuperata demum Hasmonæorum auspiciis, libertate reipublicæ.

Cæterum

Cœterum de Siclū quidem omnibus (loquo de veris Siclis argenteis) illud ipsum in communi licet fortassis hoc modo demonstrare. Nulli Sicli sunt signati ante captivitatem, nec post eam ad Hasmonæos usque; ergo omnes Sicli cusi sunt post recuperatam ab Hasmonæis libertatem. Consequentia ratiocinationis liquida est: antecedens autem jam tum probavimus Capite sexto.

Utemur autem & hoc verisimili argumento: omnes Sicli cusi sunt quo tempore una Hierosolyma habita fuit Israëlis sacerdotum sedes, ergo sunt consecuti aut Davide ac Salomone regnantibus, aut post partam per Hasmonæos libertatem. Sed regnantibus illis Regibus non sunt cusi, quia ex tam diurno tempore non potuerint ad nos integri pervenire, nec soli illi jam superercent. Debentur itaque sequiori tempestate isti Hasmonæorum. Haud jaclamus ~~deinde hinc~~ vim argumenti hujus; vero tamen simile etiam ita factum esse id quod profitetur nostrum Paradoxum, haud equidem dubitamus.

At vero Siclos quis dixerit, fortassis ad templi primi tempora non autem ad secundi referti video oportere, quia signati sunt urnam continentem & amygdalis fructu ramulo: quorum utrumque in arca fœderis fuit repositum quidem, ast unā cum arcā perierit & in templum secundum non pervenit. Ac proinde nec Siclis templi secundi sed primi exprimijure potuit.

Non est hujus loci disputare, utrum virga iherac amygdalifera & vasculum mannam continens semper fuerint comprehensa arca fœderis, an vero aliquando prope eam in sancto sancto rum deposita: utrum quoque arca fœderis à Nebucadnezare cum reliqua templi sacra supellestile fuerit Babylonem translata, an vero seorsim alicubi defossa atque occultata. Illud unum dunt taxat nunc astro, videri haud absimile vero, saltim & ramum illum frugiferum Sacerdotalem, & manna urnam ex Babylone cursum rediisse Hierosolymam, quando Cyri & Darii jussu vala

sacra à Nebucadnezare avecta in secundi templi usum redditæ sunt. Nititur tamen mea hæc assertio solâ traditione isthac Thalmudica in Mass. Joma : quinque res que fuerunt in templo primo defecisse in secundo: nimurum Arcam cum operculo & Cherubim, ignem cælestem, maiestatem divinam, Sp̄iritum sanctum, Urim & Tummim: nulla facta mentione & ramii illius & urnæ, quæ tamen templum primum ex ipso divino mandato in sanctissima adyta sua recuperat. Jussa autem esse reddi sacra vasa per Nebucadnezarem avecta, constat ex libello Esdræ. Si Judæis autem etiam hoc credimus, uno in loco antehac prope arcam fuerant duo isthæc reposita: ut non sit mirum, unde cum aurea illa urna etiam ramum amygdaliferum in templum secundum fuisse quasi postliminio reversum. Quod si autem hoc fuerit verum, causa utique non defuerit, quare ab Hasmonæis binæ illæ omnium sanctissimæ reliquiz in Siclorum signa sint receptæ. Etiamsi verò periissent, durante tamen etiam templo secundo debuit summum sacerdotium Aronicæ familiæ sacrosanctum conservari. Interfuit quoque Hasmonæorum, divini illius instituti observationem populo inculcati omnibus modis: quandoquidem ipsi & Pontificatum illum summum & simul *idragzias* sibi vindicabant. Id quod commodissime fieri potuit per Siclos, quod genus nummorum fuit in maximo habitum pretio. Addenda autem & Urna fuit illa mannam continens, quoniam hæc ramulo isto sacro sacerdotali ex ipso instituto divino illi virgæ semper fuit adjuncta. Quicquid hujus sit, is qui injectus fuit scrupulus non est idoneus omnibus Siclis soli templo primo vindicandis.

ET SI autem, cum & in communi omnes hodie superstites lumenos Samaritanis literis signatos, & speciatim magis Siclos istius generis, jam retraxerimus in tempora libertatis per Hasmonæos recuperatae, possimus videri satis defensum esse Paradoxum nostrum, agemus nihilominus seorsim de nummus singulis, illis cum primis qui non sunt Siclorum nomine digni quidem, debentur tamen

men Ebræis. Et sane hoc descendere quasi cogimur, quoniam illis à quibusdam viris præclaris attributi sunt longe antiquissimi natales. Sequemur verè à in re ordinem quem in Tabulis suis præxit doctissimus idemque optimus Hottingerus. Ille enim ferè omnium ejusmodi nummorum imagines exhibuit, versaturque liber ejus in manibus: non ita autem vel Waltoni vel Kircheri vel Morini id genus opera sunt obvia. Sæpe etiam provocandum nobis erit ad Hottingerum: utpote qui unus nummorum istorum veram lectionem & assolutus sit & docuerit. Continentur autem imaginum illarum Tabula Tertia quatuor & Tabula quartâ una species. Nec enim his nunc annumerabo imagines binas Siclorum, quarum prima Tabula tertiae primum, altera Tabula sextæ quartum locum occupavit, de quibus post iterum nonnihil differemus.

Igitur qui Tabula tertia secundus post Siculum offert sese nummus, illius imaginem primus dedit Villalpandus, post illum Morinus, ut & Waltonus in Apparatu pag. 35, nec non Kircherus Oed. tom. 2 claf. 2 pag. 93. Est autem æreus, pondere drachmarum duarum, atque ea propter æreus Semisiculus Villalpando & aliis audit, quod tamen perperam fieri, jam ostendimus Capite tertio. Scripturam unius lateris legit & interpretatur Villalpandus *Tempus circumcisio[n]is*, alterius, ejus pinguedo: nec lectionem hanc aut interpretationem improbat Waltonus, Kircherus, & Morinus. Refert porro ejus natales Villalpandus in tempus secundæ circumcisionis, quâ de agitur *Josue cap. V*. Idque conjectit ex radice balsami, quam nummus refert. *Balsamum enim non ferro sed lapide incidi ut stillet, unde enī fruticem pro circumcisio[n]is symbolo videri positam*. Waltonus vero jure ait: *Conjectura balsami longe perita videntur*. Debuisset autem objici etiam hoc: quod Balsami planta Salomone demum Rege ex Arabia in Palestinam fuerit translata, nec radix balsami sed frutex ferat opobalsamum. Cœterum & lectionem illam omnem Villalpandi ficti-

ciam & inanem esse, multis iisque insignibus argumentis liquidò ostendit Hottingerus pag. 129 & 130 prima, pag. item 42 & 43 secunda editionis. Suspiciatur porro, nummum hunc esse amuletum aliquod Samaritanorum. Addit postremo: Huc accedit, quod æreum hic nummus, non aureu vel argenteus; meo proinde judicio veteribus Israëlitis vix tribuendus. Sed æneos etiam nummos in usu fuisse Judæis veteribus, nullo potest negari probabili indicio. A Josuæ autem ævo ad nostra tempora potuisse nummum æreum inregrum pervenire, fateor, mihi videri uidetur, naturæ quidem ordine observato. Ad eundem vero hunc nummum respexit Hottingerus pag. 135 prima & 148 secunda editionis agens de Samaritano nummo, claudens sermonem his verbis. Nummi, quotquot indubie Hebraicos agnoscimus, urnam & virgam ostendunt. Radicus hinc balsami, inde palma, quas Palæstina proprias fuerint præter Tacitum alii observant, nummis propterea Iudaorum insculptis, nullo exemplo probatum est. At nullo alio exemplo, fateor, id probatum est haecenus: non propter eam tamè causam debet hic nummus esse suspectus Samaritanismi. Et Siclos quidem habere virginem & urnam constat, minime autem consequens hinc est, non & aliis signis Ebræos in nummis esse usos. Sed & ipse Hottingerus convictus tandem erroris, agnovit hunc nummum verè esse Ebræum, imo cusum esse à Simone Hasmonæo. Non possum non hoc loco recitare, quia in hanc sententiam præfatus est ad lectorum libro illo eximio cui Bibliothecario nomen indidit. Reverendo D. Spizelio, Augustano Ecclesiastæ, acceptum seruo antiquissimum Sicutum ænum, & tales quidem incujus explicatione haecenus eruditæ multum fuerunt occupati. Meminit ejus Villalpandus & alii ex eo. Priorem faciem his legit י'ל Tempus circumcisioris, quasi uniuersito esset nummus illius circumcisiorum cuius mentio Jos. V. 2. Alteram vero י'ל quod pinguedinem terre Canaan exprimit. Nobis prioris faciei alia placuit lectio, ש'ל Schimeon. Eam luculentissimè confirmat Nummus noster Spizelianus, ubi literæ clarè satie & distin-

cte ve-

Et vocem יְהוָה exprimunt. Posteriora verò faciei literæ magnam quidem partent sunt exesæ, nibil tamen omnibus diligenter expensis, colligi alius videtur, quam וְשַׁר הַקּוֹרֵישָׁה סִכְלָה Jerusalem Sanctæ. Ibiud evidenter conjectare possumus: vana esse & frivola, qua de antiquissimo (vix enim antiquius rei nummoria Hebraicæ monumentum existare puto) hoc nummo, Villalpandus & alii sunt bariolati, quasi ad ultima Iosue tempora ille referendus esset, cum genuina illa inscriptio ad sequiore nos rejicit etatem, & eam quidem, quam in Tractat. nostro de Num. Oriental. p. 144. ostendimus. Hæc omnia Hottingerus: & quidem recte. Nisi quod fessellerit illum conjectura, quæ parte literæ sunt exesæ legi oportere, Siclus Jerusalem sanctæ. Non enim ita scriptum fuisse, palam est ex eo, quia numerus hic est æreus, & drachmarum duarum, quorum neutrum Siclo genuino convenit, cœu probavimus jam tum Capite tertio.

Etiam Alterum vero nummum qui Tabulæ Hottingerianæ tertiz est terius debemus Villalpando: ab illo enim uno alii omnes sunt mutuati. Quoniam brevibus, quæ ante Hottingerum ipse Villalpandus comprimis & Morinus sunt de nummo isthac commentati, complexus est Waltonus, non abs re fuerit illius unius duntaxat verba hue adducere. Decima est tum Villalpanditum Morini. Sicli quadrantem putat ille, hic amuletum Samaritanum. A reliquo Sicli partibus multum differt forma & inscriptione: ex una parte torquem habet, quem Salomonis vel regi alicui in usu fuisse conjectunt; intra cuius ambitum sunt literæ in medio quas legit Villalpandus טְמֵן Tempus undionis, ex altera parte est cantharus sive guttus, cui adstat virga frondescens, quæ Aaronis esse conjecturatur. Ut & vas videtur esse illud Exod. 31, 23, in quo oleum undionis assertabatur. Inscriptionem ita legendam esse putat Villalpandus יְהוָה יְרוּשָׁלָם quam interpretatur: Ad Scripturam Ierusalem. Conscit anno tertio Isiae percutsum fuisse.

Hæc de nummo isthac Waltonus. Sed Morini quidem

conjectura prouersus inanis est. *Qui enim Samaritanis fuerit pro amuleto aliquid Hierosolyma nomine inscriptum?* Et quodnam tandem hic est indicium amuleti? Etsi porro argenteus sit nummus ac drachmæ unius, haec tenuisque si quadrans Sicli, quoniam tamen legitimus Semisiclus urnam & virgam refert & a parte Sicli dimidium inscribitur, non videtur olim hunc nummum cognomento quadrantis Sicli audiisse, sed alio vocabulo. Regum porro alicuius torque nummum fuisse signatum, nihil habet verisimilitudinis. Cum erraverit quoque in legendō Villalpandus, nec *unlionis* in nummo facta sit mentio, sequitur nec cantharum qui signatus est trahendum esse ad illud Exodi 31, 23. Ramus postremo qui in nummo conspicitur, non fert amygdalias ac proinde non est virga Aronis. Errasse autem graviter Villalpandum, & altero nummi latere legendum להרות ירושלים i. e. *Liberationis* sive libertatis Hierosolymorum, in altero שבע Schimeon, præclarè docuit Hottingerus jam tum editionis primæ pag. 130 & 131. secunde autem pag. 142. 143. & 144. Quæ cum cura expendisse operæ erit pretium. Quadrant autem huic lectioni etiam inscripta signa catenæ, virgæ virescentis, & canthari. Catenæ enim non clausa est sed soluta: indicium scilicet liberationis. Cantharus videtur significare abundantiam vini, & ramulus videtur esse ficalneus. Quibus indicetur, jani licere populo ficubus & vino suo frui, quemadmodum solent sacri codices describere tranquillam vitæ felicitatem. Certe hunc etiam nummum deberi Simoni Hasmonæo qui primus libertatem populo recuperavit, liquidum fecit celeberrimus Hottingerus.

*Tertius* nummus æreus quilocum tenet quartum Hottingerianæ Tabulæ tertiaz, debetur itidem Villalpando. Ait Hottingerus ab illo adductam & hujus nummi lectionem atque interpretationem perstringit multis, pag. 132. 133. & 134 prima, nec non pag. 146 & 147 secunda editionis. Quoniam tamen literas

literas nummi perdidit temporis injuria, non dedit Hottingerius lectionem aliquam integrum. Quin recte se habeat censura Hottingeriana, videtur dubio esse procul. Certè nihil in nummo reperire est, quo possit saltem simile verò reddi, quod ex literis nonnihil superstibibus voluit deducere Villalpandus, *Samuel Propeta*. Enimvero literæ Schin & Mem satis sunt conspicuæ, reliquæ autem obscuræ atque incertæ. Illæ autem binæ literæ Simeonis nomini magis convenient quām Samuelis. Ad hoc valde plausibilis est conjectura & lectio Hottingeriana unius lateris נַחֲתָה לְצִוָּם *Vindicationis Israëlitarum*. Ita verò itidem significaverit fortasse nummus hic memoriam vindicat<sup>z</sup> Hasmonæorum felice du<sup>c</sup>tu<sup>m</sup> antiquæ Israëlitici populi libertatis ab hostiis. Quod si porro attendas duntaxat, æreum esse hunc numerum, non facile probaveris Villalpandi sententiam de Samuele, quasi ejus ætate hic nummus sit consecutus: non solet videlicet æreum aliquid tantæ esse vetustatis. Uno verbo, et si non que perspicua hic sint Hasmonæi ævi vestigia atque in nummis reliquis, cum nihil tamen hic sit quod repugner, imò euna literæ quædam huc nos invitent, par utique est etiam hunc numerum reliquorum ordini annumerare.

*Quartum nummum quinto loco exhibuit Hottingeriana Tabula Tertia, nec habet illum Villalpandus, Waltonus, Motinus aut Kircherus. Jam tum vero editione prima pag. 250 Hottingerius illum Simeoni adjudicandum censuit: legisque latus alterum לְהֹרֶת וּרְוַשָּׁם h. e. *Libertati Hierosolymitanæ: Alterum שֵׁמֶן Schimeon*. Repetit eadem pag. 143 editione secunda. Et veto usque adeo liquent hinc omnia, ut de Hottingeri sententia non videatur superesse causâ dubitandi.*

*Qui Tabula quinta quarto loco exhibetur, eundem esse eum præcedente, recte arbitratur idem Hottingerius pag. citata secundæ editionis. Certe fani oculi ita iudicant. Non potest igitur aliœ de hoc quam de priore existimari.*

Cum

Cum in utroque autem nummo hoc templi porticus parte una, aversa autem frumenti spicæ & fructus nonnulli exhibeantur, per fit verosimile, nummos illos cudos ad commonesaciendum populum de offrendis Deo primitiis frugum & fructuum, postea quam præsertim jam esset populus liberatus ab ejusmodi præstationibus à Syria regibus haec tenuis exactis. Eadem fini videtur & nummus Tabulae tertiaz quartus esse signatus: altera parte pocolo quo vinum & oleum potuit offerri, altero manipulo frugum & fructibus nonnullis. Fortassis quoque talibus nummis redimere primitias illas sacras sicut institutum. Habuit sane locum redemptio pecuniaria non circa primitias illas duntaxat sed etiam decimas. Conferri huc merentur, quæ incomparabilis de *Nummorum præstantia operis p. 444 & sequente editionis Batavicæ*, differuit ad nummum quendam Agrippæ Junioris, in hoc doctrinæ genere plane eximus Ezechiel Spanhemius. Sed hæc obiter: non enim faciunt ad Paradoxum nostrum, sive ad assertendum nummis Ebræorum qui Samaritanis sunt literis inscripti, ævum Hasmonæorum, quod jam agere instituimus.

Ceterum in universum omnes nummos hujus generis superstites, qui non sunt veri Sicli ab Hottingero autem per imagines exhibentur, Hasmonæorum temporibus oportere acceptos rescripsi, abunde jam manifestum est. Fortassis autem alii ejus notæ nonnisi perpauci inveniuntur. Etenim produxit & Morinus nummulum hujus generis, quem etiam Waltonus pingi fecit loco sexto: verum ille consumilis sere est Hottingerianæ Tabulae tertiaz nummo quarto, literis autem adeo detritis ut certi aliquid ex iis nequeat colligi ac proinde haud dubie eriam ad hanc pertiner classem de qua jam differimus. Exhibet plures Kircherus, sed ab Hottingerianis diversos tantum duos; alterum pag. 101 alterum pag. 102. In priore credit repertum sibi nomen *Samuel*, debuisset autem legere *Simeon*. In posteriore ipsemet fateatur legi, *Simeon Princeps Israël*. Utur igitur alii nonnulli

nulli eiusmodi nummis supersint, illi tamen vel aperte nostram assertionem probabunt, vel latenter huic non adversabuntur.

Nihil igitur jam reliquum est, quam unde Sielorum quoque genuinorum natali tempore nonnulli adjiciamus. Et Hottius gerus quidem satetur pag. 129 prima & 141 secunda editione, illos Sielos quibus inscriptum est סְלֹה יְהוָה cuiusmodi unum scribent à se exhiberi Tab. VI n. 4 (ubi tamen habetur Jerusalem) esse recentiores, tandemne usurpatos cum in superiorē & inferiorē urbs divideretur docente Anoma Antibarbari pag. 475. Sane verba Amamat hęc sunt. Dicam quod sentio, veterissimū nomen esse puto JERUSALEM sine iudicio. Firmat hanc meam conjecturam antiquum urbis nomen, unde hoc compositum est, SALE M, & constans scriptura sine iudicio. Quam lectionem etiam Chaldaea & LXX & scriptores Novi Testamenti & Hieronymus constanter retinuerunt. Posterioribus autem temporibus dicitur capite etiam JERUSALEM; forte quod urbi quasigemina esset superior & inferior. Unde hanc plenam scripturam cum iudicio non invenies nisi in libris circa vel sub captivitate Babylonica scriptis. Ex. gr. Jeremias 18. 26. 1. Chron. 3. 5. 2 Chronicor. 28. 4. Chron. 26. 5. Esteb. 2. 6. Hac Amamat. Verum enim vero cum urbis partes fuerint jam Davidis & tate aliae in montibus sitae (Arnon utique Iudeus incoluit montem Moria) aliae locis depresso, distinctio illa urbis in superiorē & inferiorē non est nova sed per antiquā & nata forte cum ipsa urbe. Quoniam porro etiam ipsi Chaldaei Paraphrastae scribant Jerusalem; liquerit, sic satis recenti reteate fuisse in uso nō Jerusalem: nec id gratia à solis Graecis hanc appellationem aut expresse aut retentam esse. Quoniam porto in ipsomet Jeremia occurrit illud: Jerusalem; etiam illa appellatio non demum post Captivitatem incepit. Videtur igitur, eam quidem Amamat conjecturam: quasi nimirum illud Jerusalem arguat verus avum quod Captivitatem præcessit, quasi item tunc fuerit in usu non autē posteris temporibus, quasi deniq; ibi rāndē obtinuerit Jerusalem: illam, dico, cōjecturam

jectoram non esse vero consentaneam, atque adeo neque *Ierusalajm* recentius, neque *Ierusalem* vetus etum indicare. Potius sanè verisimile est, voces illas eodem tempore, & quidem etiam diu post solutam Capitatem, in promiscuo fuisse usu vulgi, alias hoc alius altero modo pronunciantibus. Constat sanè Galilæos à Judæis dialecto multum fuisse diversos. Observat quoque, teste p. 138 ipsomet Hottingero, R. Azarias ex Megilla Thalmudica, Hierosolymitanam plebem scribere solitam *Ierusalimah* & de hac re non curare. Unde consequens est, ex illis quidem vocibus, Siclorum etates dignosci non posse. Ex adverso si videoas superstites Siclos, & attendas ad omnem illorum conditionem, nullam inter illos observaveris, certe non eam diversitatem, unde possit apparet, omnes qui *Ierusalem* habent esse vetustiores illis quæ voce *Ierusalajm* inscribuntur. At verò, si illi quidem pridem ante Captivitatem, bilongè post demum (non potuerint autem ante Hasmoæorum etatem procudi) sint confecti, conspicuum statim deberet esse, illud ævi usque adeo inter se dissiti discrimen.

Fortassis aliud in medio est indicium, ex quo possit de Siclorum natalibus certius aliquid affirmari. Habent nimurum Sicli omnes super urna mannam continentे nunc unam nunc duas litteras inscriptas. Et unam quidem illam esse *Aleph* Samaritanum nemo dubitat, aut potest dubitare. Similiter cum duæ junguntur earum primam *Schin* esse itidem liquet. Alteraque nam sit, dubium est, Walthonus agens de Siclo secundo, scribit: *In omnibus simili est hic priori, nisi quod pro Aleph in ore calicis habet duas litteras Schin & Tau.* Videtur autem calamo properanti illud *Tau* excidisse: paulò enim post scribit: *Pro Schin & Daleth legis Mafius Schin & Mem:* & passim ibi *Daleth* agnoscit non *Tau*. Qua præcipitatio factum quoque est ut, ad hanc. V scriprium sit *pro Daleth*, cum scribi debuisset *pro Aleph*. Fecerunt autem cum Waltono etiam Kircherus & Morinus, imò ipse Villalpandus, qui pri-  
mus forte Sicli illius imaginem exhibuit. Hottingerus etiam idem  
tenet.

sensit, eeu legere est pag. 140. Judæus quoque Rabbi Azarias libro *Meor Enaim* dicto, literas *Schin* & *Daleth* supra unam reperiri tradit, idque suo judicio esse *Siclus Davidius*. Mihi per affinis quidem videtur esse ille qui in nummis ejusmodi conspiciatur character literæ *Daleth* Samatitanæ: plane autem alium esse, liquidò potest videri, factâ comparatione literæ *Daleth* quem nummi referunt in voce *Kadoscha* & hujus quæ supra unam spe-  
catur. Illum verò nummum, post *Villalpandum*, non Kirche-  
rus duntaxat & Morinus expulerunt, sed etiam Antonius Au-  
gustinus conspicendum primò pariter ac secundo dialogo de  
*Nummis veterum* produxit; habeturque in editione Romana  
versionis Italicæ, quæ mihi nunc ad manum, pag. 12 & 22. Hinc  
vero manifestum est, primo Masii quidem conjecturam quasi  
duabus illis super Urna scriptis literis significatum sit *Salomo*  
*Melech iordanem* esse, quia *Mem* in nummis illis non coïparet.  
Secundo & *Villalpandi* suspicionem de voce *Schaddai*, & *Judæi*  
*Azaris*, ut & Morini Kircheri Waltoni aliorumque de *Sekel*  
*David* esse nihil, quianempe etiam *Daleth* deficit. Taceo enim  
nunc, quum in *Siclo* legatur *Sekel Israël*: illud *Sekel David* non  
habere locum.

Æque autem carent verisimilitudine conjecturae super li-  
tera *Aleph*, quæ in aliis *Siclis*, & quidem plarisque, uenam quasi  
obumbrat. Voluntimirum nonnulli, signari vocem *Adonai*, Hoc  
tingeret *Aron*. Cur verò soli illi *Sicli* ita sint inscripti; cum tam  
reverentia nominis *Adonai* & memoria *Aroni* sit communis? An  
montano placuit significati literæ isthac anteriorem nummi fa-  
ciem. At illa indicatio nullius est usus. Et si haberet usum, quur  
deest in nummis aliis? Magis verò queat simile censeri, literam  
istam *Aleph* significare, quod numerus sit integer *Siclus*. Et vero  
*Waferus Semisiclo* inscripsit literā *Beth*, trienti *Sicli* literam *Gimel*,  
quadranti *Sicli* literam *Daleth* Samatitanas. Quæ *Sicli* partes si illis  
literis inscriberentur, non licet dubitare etiam de significacione

178 *Aleph.* Verum enim vero jam sum cap. quarti monusimis, Tridentis & Quadrantis imagines à Wasero esse efficias; nec illud ab eo esse dissimulatum cap. 7 l. 2. De Semisiclo etiam Waserino idem pronunciat Morinus. Nec ego multum repugnare vim. Etsi circa dimidium Siculum dissimulaverit factum hoc Waserius, & Waltonus ad nummum octavum ita scribat: *Waseri has Sicli partes, dimidium tridentem & quadrantem, haud sinceras esse putat Iohannes Morinus, sed ad partes Siclorum in Scriptura representandas officiarū sed cum rationem nullam proferat;* hoc de Wasero non facile crediderim; unicuique tamen liberum sit iudicium. Jam diximus vero, Waserum ipsum non dissimulasse hoc suum factum, etsi minus aperte circa Semisiculum. Accedit quod tales Wasero depictos nummos nemo alius sibi visos adduxerit, nec ipse Waserus fuerit professus illos sibi esse conspectos. Quicquid sit, literam *Aleph* indicium esse integrī Siculi, ex illis à Wasero depictis partium Sicli imaginibus non potest dignosciri. Quod si pōrō *Aleph* esset inscriptum Siclo ad integratatem istam indicandum, debuerint illā literā omnes integrī Sicli esse notati. At vero quem Antonius Augustinus fecit depingi fuit *aleph* p. 10. quod ille disertē affirmat. Tetradrachmus quoque fuit alius Villalpandi & Morini. Quorum uterque tamen pro *Aleph* litera habet duas plane diversas literas, *Aleph* nullum. Waltonus cum aliis nonnullis impugnat istam de litera *Aleph* sententiam eo argumento, quoniam & Semisicli sunt notati eadem literā. Et verò fecit ille depingi Semisicli cognomento duos nummos qui habent super urna mannam continentem *Aleph* literam, non aliter atque illa litera invenitur in Siclis plenisque integris. Priorem ex Bezae commentariis ad Matthæum, alterum ex Villalpando & Morino est mutuatus. At verò nummum posteriorem esse genuinum Semisiculum, certum est: ipsa enim inscriptio id aper te loquitur; & quoniam habet literam *Aleph* super urna collocatam recte sole habet collectio, quod scilicet *Aleph* non denotet inter-

integritatem Sicli. Beza autem nummus inscribitur *Sekel* atque ideo non est cufus auctoritate publica in id ut dimidium Sicli valeat. Justum pondus desicere multum potuit, sed culpae reuocatorum: ut solet id genus hominum detrahere justo nummorum ponderi & metallo ipsi, ab omni forte retro memoria. Ejus sane generis malz notæ nummi veteres, Græci Rōmāni aliaromq; gentium, quamplurimi etiamnum supersunt. Feci ego mentionem in Epistola ad Hottingerum nummi, qui fuit quondam Cornelii Martini & post Georgii Galixti summorum virorum; ex Italia allatus per Theodorum Adamium magni Caselii generum, virum insignem: qui itidem Sicli nomine erat inscriptus, urna item & virga Aronis signatus, magnitudine tamen squabat donaxat Semisiculum genuinum Villalpandi, & ponderis erat drachmarum duarum, scriptulorum duorum & granorum sex: loco *Aleph* autem habebat literas illas- binas quibus & tetradrachmi quidam Sicli sunt inscripti. Haud dubie autem & ille passus erat artifices probæ monetæ corruptores. Unde obiter liquet, nec Ebreis sua defuisse quondam rei numeriæ adulteria. Nilominus rellè argumentatum esse Waltonum: *Aleph* non præbere indicium Sicli integri quia & Semisicli quondam sic fuerint inscripti, jam in confessio est.

Ex omnibus autem hisce manifestum est, à nemine haec tenus esse adductam vetam & certam causam, quare alii Sicli uno *Aleph*, alii duabus literis super urnam sint notati. Nec vero est, quod haec inre Judæorum sententiis standum, atque adeo Rabbino Azarise, auctori *Meor Enajim*, præaliis credendum esse, quis arbitretur. Sunt enim illi rei veteris monetariæ perquam rudes: præsertim quia nullis zuc ratis Thalmudicis traditionibus instruantur. In exemplum ruditatis placeat hic adducere verba ejus, qui dōsus censetur Rabbi, Mosis Elsecher, quemadmodum vertit illa Villalpandus cap. 21. *Scito, quod pervenerunt ad manus meas quædam monetae ex multis generibus, diversæ in pondere Sicli & Semisicli.*

*Et in nonnullis eorum scriptum est: Anno tali consolacioni Israël: Et in alio: Anno tali Regis talu. Et in quibusdam vidi formam palmae, fasciculi et cedri. Et dixit mihi quidam Hebreus in illa scriptura peritus, quod in uno latere erat scriptum literis Hebraicis antiquis. Et opinor, quod sunt insculptae tempore servitutis Hebreorum, sub Imperatoribus Gracis. Haec ille. Unde non ruditatem solum sed etiam imprudentem audaciam hominis discere est, ut qui ausus fuerit interpretari quae ne legere quidem potuit.*

Fortasse licebit proinde bona cum eorum qui antehac conjecturas suas prodiderunt de literis istis, affirmare aliquid haec non auditum. Quid si ergo assertamus, literis istis indicari nomina eorum, quorum auctoritate publica Sicli isti sunt confici jussi? Non sane poresthoc jure habeti improbabile iis, qui cum Waltono aliisque statuunt, literam Aleph designati locum ab illis haec litera incipientem ubi Siclus sit procusus. Aleph igitur significaverit Aristobolum aut Alexandrum Hasmonaeos: Schin autem Simeonem, & si altera litera fuerit Nun, designaverit vocem Nasii sive Ethnarchæ, si Kapb (quod forte rectius) כָּהֵן וְנָזְרָאֵר. c. 222 ap. C.

Haberemus sanè hac ratione ipsos illos, qui Siclos istos orbis quondam quasi produxerunt, atque adeo etiam sic patet veritas mei Paradoxi Verumtamen ego quidem hinc non petam potissimum robur mei etiam de Siclis Paradoxi. Satis nimis una jam tum est evictum, recens Hasmonaicum, ut aliorum Ebraeorum nummorum, ita & Siclorum, primordium. Quibus ergo licet secure acquiscere. Et sane ipsemet Hottingerus ita tandem dimisit Paradoxum meum, ut non multum se dissentire, diserte satis sit confessus iis verbis: *Ab Hebreis eusos suisse, illos nummos Ebraeos, in signum iuris omissi, litteris ut plurimum, rursum tamen semper, Samaritanis, non repugno..*

## CAPVT X.

*Non fuisse olim in usu Siculum alium sacrum  
alium profanum.*

**E**TIAM Quinto Paradoxo expedito nihil superest, quām ut de  
SEXTO non nihil agamus. Esta autem illud: *Unum duntaxat  
fuisse Sicli genus, non verò alium Siculum sacrum alium profanum.*

Fortassis autem non meretur hoc assertum meum Para-  
doxi nomen, ut nec defensionem. Agnosco enim etiam ipse-  
met, jam pridem & Villalpandum & Waltonum, aliosque nonnullos  
summatos literaturę hujus, idem mecum assertuisse. Hottingerum  
quoque ipsum, non disceptare quis dixerit, attendens ad  
ea quæ Epistolæ meæ respondit, atque ita non etiam sequiri, ut  
illi quidem mea isthac approbem.

Etsi verò priora quinque pronunciatamea magis quam hoc  
ab ludant à communi sententiā, etiam hoc tamen paucos habet  
ad stipulatores, longe plures autem sentiunt plane aliud. Etenim  
Judæi quidem fortè omnes, & Christianos inter ipsi Ecclesiæ ve-  
teris reverendi nobis & sancti Patres Hieronymus, Epiphanius,  
Isidorus, recentiorum quoq; scriptorum longe doctissimi Waso-  
rus, Kitcherus, Græphius, Buxtorfius, Cappellus aliquie adver-  
santur. Hottingerius ipse iis est verbis usus, ut propensum qui-  
dem in meas partes, nonnihil tamen fuisse illum dubium, appareat.  
In libello enim cum pro utraque parte varias atrulisset rationes,  
disputationem pag. 128 edidit. secunda hisce verbis claudit: *Hac  
sere sunt qua in utramque partem disputantur; & certe nisi constant  
Ebreorum consuetudini & traditioni aliquid deferatur posterio-  
ri sententia rationes priori videntur prævalere; præsertim cum Ma-  
monides suo de Siclis tractatu non intercedat.* Pag. 123 cum dixisset si-  
nem Siclorum alium esse sacrum, alium civilem, mox addit:  
*Institutus nempe erat Siclus sacer ad res sacras sive Ecclesiasticas.* Nec  
multo

multo post: *De hoc Siclo (sacro videlicet) queritur cur sic appelle-  
tur? Respondimus jam, à fine.* Alii tamen, à subiecto loco. Hisce de-  
nique verbius nihil respondit: *Unum fuisse ratione ponderis Sicli ge-  
nus, libenter dedit: confirmari etiam supra pag. 124.* Non autem  
igitur vel tum idem mecum est professus, sed duntaxat, nullam  
fuisse olim differentiam ratione ponderis. Pro illorum quoque  
sententia, qui negant Siculum sacrum profano fuisse altero tanto  
graviori, adduxit quidem Hottingerus laudator loco rationes  
complures; etiam ita tamen illum hascitasse, liquidum est ex ver-  
bis quibus finivit illam disputationem paulo ante in medium  
productis. Quibus porrò rationibus est usus Hottingerus, illa-  
tarum (si verum fas est dicere) quam multæ levis ponderis, ita  
etiam obscure propositæ sunt, ut vim argumenti zgrè possis  
dignoscere. Quapropter hanc abs re fuerit; si nos quoque de  
hac controversia quædam adferamus in medium.

C R E D I T U R ergo à multis, Siclos olim duorum  
fuisse generum, diversos & pondere & charactere. Nam sacros  
fuisse drachmarum quatuor Atticarunt, alios autem in civilem  
usum flatos, dimidio leviores didrachmos videlicet. Signo  
item fuisse illos diversos, vel saltim literis atque inscriptione.  
Sacros enim Siclos fuisse insignitos literis sanctis sive Assyriacis,  
profanos autem Samaritanis characteribus. Utrumque autem  
non asseritur ab omnibus. Etsi enim in eo convenienter, quod  
Sicli alii sacri alii profani fuerint, non tamen omnes & in pondere  
similis & in literis inscriptis collocant differentiam istam, sed pli-  
rius in solo pondere, pauciores etiam in signo & characteri-  
bus. Paradoxum abtem meum omnem illam diversitatem tol-  
lit. Igitur ut omnibus satisfiat, seorsim fuerit agendum & de  
pondere & de literis aut signis.

Ceterum ponderis fuisse omnes Siclos non uni, sed alteros re-  
tradachmos alteros didrachmos, videtur sufficienter ostendere  
constans cā in se traditio. Judzorum Thalmudioorum aliorumq;

Tanti

Tanti sane ratio isthac momenti vila est etiam Hottingero, ut non  
ausus fuerit illam speinere, imo propter unam illam dubitaverit  
πλῶς assentiri sententia adversa: quod paulo ante audivimus.  
Adducit autem & Hottinger us p. 125 ex libro celeberrimis famis  
qui titulus *Scholjebeleth Hasskabala*, Rabbi Jechaias auctoris: *Tradi-*  
*tione discimus, Siculum sanctuarii pendere trecenta viginti grana hor-*  
*dei in puro argento: quod idem est, atque fuisse illos drachmarum*  
*quatuor Atticarum. Multo magis id probatur ex eo, quod se-*  
*pis in ipsis sacris codicibus fiat mentio Sicli sanctuarii: quod si*  
*autem omnes Sicli fuissent tunc ejusdem ponderis, frustra facta*  
*fuisse mentio Sicli sanctuarii, frustraque iustum ad illius normam*  
*alios exigere. Liquidum id Tertio videtur esse ex versione Græca*  
*τελ ιδομένων. In illâ enim solet *Siclus* Græcē tantum non sem-*  
*per reddi διεργάζουτ. Quod indicio est, interpres illos respexis-*  
*se non ad Siclos sanctuarie qui erant πλεύρας τελ, sed ad alios di-*  
*mido leviores, qui nempe in civili fuerunt usu. Confirmant*  
*hoc ipsum *Quarto* & nummi Ebrei. Alii enim eorum sunt qui-*  
*dem drachmarum quatuor, alii tamen multum leviores. Quin*  
*imò reperiuntur qui diserte inscripti sunt cognomento Sicli &*  
*tamen non sunt πλεύρας τελ: sed quidam sunt εἰδόπαχμοι: ut ille*  
*quem Beza curavit depingi, & alias gravior quidem non tamen*  
*justi ponderis quatuor drachmarum, de quibus proximo actum*  
*est capite.*

Verum enigmvero eius specie probabilitatis hæc non desti-  
tuantur, reapse tamen nullius sunt roboris. Primo enim, de re  
nummaria veteris ævi ne quidem ex Thalmude solet à Rabbi-  
nis aliiquid constanter tradi, Thalmud autem Judaicarum traditio-  
num est promptuarium & monumentum antiquissimum.  
Eoque non semel fassus est ipse Hottinger us, fluctuare hac in re  
Judeorum doctrinam. Satis fuerit legisse, quæ notavit ad *Jus*  
*Hebraorum* pag. 134, & libello *de Nummu* pag. 121 secundæ

editionis. Ut merito mirearis, qui in disputationis illius conclusione fecerit aliquam mentionem constantia Ebraeorum consuetudinis & traditionis: praesertim quum consuetudinis constantis nec vola nec vestigium uspiam compareat. Taceo, rei nummariae imperitiam Thalmudicorum magistrorum vel inde patere, quod nusquam illi memoraverint nommos Ebraeos Samaritanis characteribus inscriptos, quodq; adeo per quam paucis Rabbino-rum, & non nisi sequioris aevi, illi cæperint innotescere. Et nullum itaque constans Ebraeorum testimonium Paradoxo meo adverfa-tur: & si quod esset, nihil valerer. Hieronymus porro & Epiphanius familiaribus sibi Judæis videntur credidisse. Utique nec illis nisi in quantum sunt rationibus instructi, tuto credi, notum est. Nudæ sententiae nullam vim habent.

Fuisse porro olim ante Captivitatem Babyloniam singula-rem aliquem Sanctuarii Siculum, certum quidem est. At vero jam probavimus, non monetæ alicujus signatae genus Siculum illum fu-isle, sed certi ponderis. Eninvero etiam alia fuerunt Sicli nomine fortassis haud parum diversa pondera. Dilerte tandem a Samuelis cap. XIV, 26 fit mentio Siclorum ponderum regis. Nec Absolonis capilli ponderati fuerunt ad monetam aliquam, sed ad alicujus ponderis normam: quod quantæ fuerit gravitatishodie nos fugit. Ostendimus verò itidem, ante Captivitatem illam, Siclos quidem fuisse in usu loco monetæ sed auctoritate: omnes verò illos fuisse pa-tes ponderi Sicli Sanctuarii non equidem affirmaverim: imò im-probitatem temporum illorum attendens haud dubito, sape numero pondus Sicli vulgare ab eo quod in sanctuario assertabatur multum desflexisse. Neutquam verò inde colligere est, quasi lege constitutum fuisse, aliud Sicli genus in sacros aliud in profanos usus. Imò verò constat ex Leviticis XVII, 15: omnes estimationes rerum fieri oportuisse ad normam Sicli sanctuarii, atque adeo eandem Sicli lube ponderis rationem in civilibus quo-

quoque negotiis debuisse observari. Utrum post solutam Captivitatem Babyloniam fuerit itidem Siclus aliquis singularis sanctuarii nec ne, haud equidem dixerim. Ab Hasmonæorum usque ætate ullum fuisse in usu discrimen Sicli profani & sacri, nullo potest vel levissimo ostendi indicio. Quæ cauſa verò fuerit, illius appellationis Sicli Sanctuarij reuelationem à Villalpando pariter & doctissimo Walthono est expositum. Ut enim verbis Walthoni, ne videamur nobis voluisse vindicare aliorum obſervata. Cum mentio fit in scripturā Sicli sanctuarii, hic ideo dicitur Siclus sanctuarij, quia in sanctuario aſſervata sunt ponderum & mensurarum exemplaria. Hoc enim ad sacerdotum officium pertinebat, ut sint super omne pondus & mensuram, i. Chron. XXIII, 23. Item: Inter sacra enim aſtimata erant pondera & mensurae. Unde in templis opud Paganos, & in Ecclesiis Christianorum servari solebant, ut ex Justiniani Novella 128 cap. 15 ostendimus: Hæc Walthonus. Ut ut postremo fuissent olim Sicli quidam sacri, non tamen hi potuerint appellari Sicli sanctuarii: quia non omne sacramad sanctuarium pertinuit.

Quod Tertio versionem attinet Septuaginta seniorum Græcam tollit illa aliquamdiu viros etiam doctissimos. Ariæmontanus enim & Masius errorem ab interpretibus commissum censem. Quod verisimile non est, in re vulgo & nota & obvia: præsertim cum s̄epe hæc interpretatio sit repetita. Alii librariis adscribunt culpam; qui scripserint initio quidem δερχα, p̄st iota inscrerint, fecerintque δερχα. Quis credat verò, id factum tam multis in locis, idque à peritiocibus p̄st emendatum non esse? Villalpandus c. 28. scribit, cum didrachmum pro Siclo reddunt Septuaginta, non certam habuisse exæquandipondu rationem, sed potius pro Hebraico aliud Gracum substituere voluisse, qui in eo tantum esset similius quod magis in ore & manibus omnium Græcorum didrachmum tunc versaretur, haud secus quam tetradrachmus Siclus in oculo ac manibus olim Hebreorum. Ast vereor, ut hæc excusatio sic imputatio supinæ oscitans.

oscitantiz: si scilicet scientes Græcum nummum substituerint pro Ebræo. Fuit vero & Statervise  $\pi\lambda\gamma\delta\chi\mu\sigma$  satis familiaris nummus Græciæ populis: ac proinde non tuit necessum, melioris intellectus causa in gratiam Græcorum  $\delta\lambda\gamma\chi\mu\sigma$  ventere. Rectius gerit in his enodandis sese Villalpandus cap. 29. Sed non opus est illa huic advocate. Omnia optime illi rem expediunt, qui observavere: drachmam Alexandrinam pendisse duas Atticas; atque ita  $\delta\lambda\gamma\chi\mu\sigma$  Alexandrinum esse  $\pi\lambda\gamma\delta\chi\mu\sigma$  Atticum, (id quod ex Polluce constat) Septuaginta autem Alexandrino more suisse loquutos, sicut in Ægypto versio illa fuit nata.

Quicquid verò sit, versio isthac Septuagintaviralis non juvat quidquam illam de diverso pondere Sicli facri & profani opinionem; quoniam nusquam in versione isthac, etiam quando de sacris agitur, *Siclus* vertitur ~~τεργίδαρχος~~, sed semper ~~τίρηρχος~~: ut proinde hi quidem interpretes istam à sequioris ævi Judæis excogitaratam Sictorum differeniam non agnoverint. Perquam frivolum fane est, quod nonnulli trahere huc moliti sint illud de pondere capillorum Absolonis: quia scilicet ea Septuagintavirali versione legitur pondus capillorum æquasse centum Siclos, in Ebræo autem ducentos. In quibusdam enim Græcis codicibus versionis illius legitur itidem ~~τάκεων~~: fortassis etiam Interpretes illi usi sunt exemplaribus Ebræis quæ nonnihil à nostris fuerunt diversa: id quod in aliis quam multis locis etiam est observare.

Quod quarto loco adduximus, non solet quidem multum  
urges, fortassis tamen haud immerito cui videatur, omnium  
esse verisimillimum. Artamen qui Ebrai nummi non habent  
inscriptum nomen *Sekel*, ad rem non faciunt, utpote qui non  
Sicli sed diversi fuerint à Siclo ordinis. Utque illorum non-  
nulli fuerint *τεργάδραχμοι*, quidam *διδράχμοι*, quidam non nisi  
drachmam unam pondere æquaverint: non tamen propterea Siclis  
nisi *ἴληχτα* ita dictis merentur accenseri. Solent præterea illi  
ponderis

ponderis esse admodum à Siclis diversi &c; ut ita dicam, plane ir-regulares. Quam maxime huc facere dixeris, nummos illos qui non sunt *tīgādραχμοί* & tamen nomen *Sicli Israēlu* habent inscriptum. Jam cum autem ostensum est, factum illud esse non secundum leges sed vitio eorum qui monetas adulterarunt. Quod genus hominum nequam nulli reipublicæ soler deesse.

Saltim eorum igitur, qui sacri profanique Sicli in diverso pondere differentiam constituerunt, sententiam nullis nisi formis rationibus, jam est manifestum. Illi qui Siclos illos fuisse etiam literis diversos qui statuunt, nullâ plane veterum traditione colorem sibi parare potuerunt. Omnis illorum prætextus videturflare eo, quod nummorum Ebræorum quidam reperiantur etiam sacris sive Assyriis literis insigniti, alii Samaritanis atque adeo profanis. Et sancte reperiri, etiam *Sicli* nomine per literas sacras insignitos nonnullos nummos, certum est. Verum enim vero, etsi ponas, nummorum illorum qui Assyrias literas habent inscriptas nonnullos esse genuinos, non sequitur tamen, illos audiisse olim *Sicli* nomine. Sed & eorum qui hodie quidem superant *Sicli* nomen non habentes inscriptum, forte nulli vel *Sicli* vel *Semisicli* vel *trientis* vel *quadrantis* Sicli pondus exacte referunt; atque adeo ad *Sicli* sanctuarii normam nec hi sunt compositi, aut merentur sacri *Sicli* cognomentum. Eorum qui inscripti sunt *Sicli* titulo, paucissimos item reperias *Siclo* sanctuarii æquales, ac proinde neutiquam merentur sacri cognomentum. Probavi autem cum tum in universum sic satisclare, nisi fallor: omnes literis Assyriis inscriptos nummos esse suppositios & natos demum post gentis Judaicæ Romanum excidium.

IN universum igitur licetjam saltim hoc constituere, sententiam illam de duplice *Siclo*, sacro & profano, destitui firmo omni fundamento. Hoc evicto autem consequens est, fas esse illam rejecere & opinionem adversam amplecti tanquam similiorem vero: idq;

quoniam in bene constituta republica, qualem utique Deus suam Israëlitatum esse voluit, non solent temerè admitti in idem nomen diversi pretii monetæ, quo vitetur omnis deceptio. Idem verò maxime confirmant illi, qui etiamnum superant genuini Sicli. Illi enim insigniti sunt signis sanctissimis, ex ipsa Arca secederis assumptis, Urnâ scilicet mannam continent & ramulo amygdalarum ferace, atque adeo non possunt despici tanquam sint profani. Idem solent esse, paucissimis exceptis, *πλεόνεχμοι*, aut si Semifaci fuerint, *διδέχμοι*, adeoque ad normam Sicli sanctuarii benè compositi. Et tamen sunt inscripti literis non sacris sed Samaritanis, recepti item in usus civiles ad instar aliorum nummorum. Quod si porto fuissent olim in vulgi usu Sicli ab his dimidio leviores, utique illi etiam signis sanctissimis non debuissent inscribi, nec honorati titulis *santa Jerusalem & Sicli Israëlis*, deberent etiam illorum hodiè nonnulli esse superstites. Nihil autem horum usquam comparet, nullum reperitur vel levissimum indicium. Tollere denique penitus illud imaginarium discrimen Siclorum sputrum est unum Flavii Josephi testimonium: ὁ δὲ Σικλός, σέμισμα ἐθεριῶν ἀτ, αγίας δέκτας δέρχμας ποσαρα. Non enim ἀπλός, & nulla addita exceptione, potuisse ita Josephus loqui, si tunc fuisset in usu civili Siclus aliquis profanus *διδέχμος*. Ego sanè illud unicum Josephi testimonium sufficere arbitror Paradoxo meo statuminando. Quapropter etiam in illo nunc acquiesco, nec verbo addito opus esse censeo.

## CAPUT XL.

*Quae de Cippis Ebraeorum in libello ab Hottingero edito  
memorantur non mereri fidem.*

**Q**Uæ ad illustrationem defensionemq; et si non omni ex parte  
perquam vero similem tamen, Paradoxorum nostrorum sex accidunt, fortassis abunde satis persecuti sumus.  
Resistant

Restant, fateor, dicenda complura alia de Ebriorum nummis, sed illa aggredi non patiuntur negotia mea. Aliis illa curæ sint quibus plus otii suppetit, & literaturæ Ebriæ plenior notitia.

Fortassis majori juris specie possit à me exspectari aliquid hoc loco, de Sepulchro Ebriorum: quandoquidem & in mea Epistola & in Responso Hottingeriano hoc quoque argumentum tactum est. Ceterum & illud agere vetant meliores gravioresque occupationes. Et verò parum resert, quid de narrationibus Judaicis, quos libellus ille ab Hottingero editus versusque comprehendit, sentiendum sit. Non enim vel Ecclesiæ vel reipublicæ isthac scire interest.

Me in sententia etiamnum confirmant, tot Christianorum accuratâ curâ elaborata Terræ sanctæ vicinarumque regionum descriptiones: præter enim plurimas Latine scriptas hujus argumenti historias, dedit orbi Leo Allatius inter sua Σύμπτυχα Græcas tres: Omnes vero illæ pauca admodum memorant de ejusmodi Cippis, cum tamen sepulchra Patriarcharum & Prophetarum etiam Christianis sint religiosa, non minus ac Judæis. Accedit, quod etiam ipse magnus erro Benjamin Tutelensis Judæus, et si fuerit rerum suæ gentis curiosus indagator & fabulosus præco, itidem tamen pauca duntaxat sepulchra ejusmodi commemoraverit. Haud præteritus illa silentio, si ejus ætate fuisse & numerosa adeo & tanta in veneratione. Obiit autem Benjamin ille seculo duodecimo Christiano, & quidem anno 1173, ut vir plane eximus Constantinus l' Empereur in sua Itinerario Benjaminis præmissa Dissertatione, ex Chronicis cum Abrahami Zacuthi tum Davidis Gans, celebrium Rabbinorum, pridem doceuit. Autor verò libelli ab Hottingerò editi multo recentior est Benjamini Saltim iraq; de iis quæ hic tradit fas est suspicari, recentiora esse, à sequioris zvi Judæis partim confessæ partim confictæ. Et vero ille de Cippis ab Hottingero editus libellus scriptus est super-

superiore demum seculo, imperante per Orientem ipsique Pa-  
læstinæ Solimanno. Hottingerus enim quidem pag. 17 editionis  
præmæ numerum minorem Judaicæ 212 297, quem scriptor  
memorat, anno Christi 1137 respondere docuerat, ipse tamen  
illud iussit emendare pag. 75, & reponere annum Christi 1537:  
Secunda vero editione pag. 35 prior error est repetitus, & pag. 34  
novus commissus, sexentesimo Christi anno posito in locum  
quingentesimi. Ne autem notis numeralibus quisquam fal-  
latur satis cavit ipse scriptor, narrans, quemadmodum iussu Sul-  
tani Solimanni, & moenia & multa alia Hierosolymæ urbis sue-  
rint iterum extorta, editionis primæ pag. 12 secundæ pag. 34.  
Quin imo ex iisq; fine libelli habentur liquet, initio quidem  
in modum Epistolæ omnia scripta, inde autem ab alio quodam Ju-  
dæo, qui etiam ipse Palæstinam lustraverat, in libellum post de-  
nique translata esse. Cum Benjamin itaque suum iter institue-  
rit rerum potentibus in Palæstina Christianis Europæis, tunc  
vero adeo multi Cippi non fuerint in existimatione, alter vero  
integris quadringentis annis post demum vixerit, cum jam per  
trecentos amplius annos Muhamedani ibi imperassem, manife-  
stum profecto est, valde verosimile esse id quod in Epistola dixi-  
mus, fractâ denique Christianorum in terris illis potentia, à Ju-  
dæis Cippos illos multos esse constructos, quos hic scriptor  
commemorat. Non sane vel hæc tempestate debit apud Ju-  
dæos ἐκαργάλια illa Pharisaica, jam tum olim à Salvatore nostro  
improbata, imo graviter Phariseis improperata, *edificandi monu-  
menta Prophetarum.* Ac proinde id quod diximus, de Cippis in-  
tra hosce trecentos annos recenter conditis, non utique est vero  
absimile.

Reperiuntur porro in libello isthoc quammulta fabu-  
loſa; quæ proinde & reliquis narrationibus de Cippis fidem  
detrahunt. Quod solet esse mendaciorum commune præ-  
mium

wium. Ipsem Hottingerū fidem omnium istarum narrationum non ausus fuit præstare. In ipsis sane Notis suis complura passim falsi convincit: in Responso facetur, non omnium eandem auctoritatem esse: *Qua nimis commendantur antiquitate suspicione vix carere.* Quibus itaque narrationibus liceat fidem commodare quibus non, incertum saltim est.

In universum istius quidem libelli Autor videtur e judeo fuisse indolis cum Benjamine, vel potius ejus quæ vulgo Iudeus est pene communis; quæ nempe in parte pieratis collocat mentiri, si videatur id suo superstitione zelo commodum. Quod non est tamen mirum, quoniam eodem vitio tenentur cuiuscunque pendētogenitor & quarumcunque sectarum complures servidi zelotæ: etiam Muhammedicorum. Utinam non quoque Christianorum! Sed, eheu, jam tum seculo Christiano undecimo non semel conquesitus fuit ipsem magnum tunc nomine atque auctoritate Cardinalis Romanus Petrus Damiani, quod nonnulli se Deo deferre existimat, si in extollendis sanctorum virtutibus mendacium fingant. Est sanc quamplurium omnis pene generis hominum persuasio, circa eorum qui Sancti creduntur sepultra, promptius exaudire Deum preces. Judeo saltim illi qui librum de Cippis conscripsit idem, quod alius vulgo, placuisse de precibus ad sepultra fundendis, haud obscure patet ex ipsis verbis quibus libellum est exorsus. Ita enim illa interpretatus est Hottingerū. Hae sunt itinera filiorum Israël, quæ fecerunt profiscentes de virtute in virtutem, ut prosteruerent se ad sepulchra iustorum, super quibus pax. Accedunt autem cum lacrymis & deprecationibus, ut petant & exorent misericordiam pro se & fratribus suis, qui in exilio morantur. Ad ipsas tamen sepulchorum animas non dixerim à Iudeorum nonnullis preces allegari: et si me non prætereat, à paucis quibusdam angelos invocari solitos. Cœterum quandoquidem illa de vi precum circa sepultra effusarum persuasio

usque adeo apud quammultos invaluerit, non est mirum de se:  
pulcris ipsis plurima solere singi: Optimo tamen maximo Deo  
forte nihil magis est invisum istis mendaciis.

Uno verbo, nihile est causæ quare libello illi Hottingeriano  
liceat secure credere: propterea persto, parte quidem optimâ, in  
ea quam dixi sententiâ.

DE REPUBLICA  
EBRAEORVM

Exercitatio Academica.

# DE REPVLICA EBRÆORVM

*EXERCITATIO*

Habita in Academia Iulia

Anno cccc xcviii die 8 April.

RESPONDENTE

MARTINO MULLERO

Hamburgensi.



Uâ ratione unaquævis societas humana, quæ civitatis nomine censeri potest, administretur atque gubernetur, id considerate nemini non suave atque jucundum esse potest. Arque id è magis, quo *axeḡtām̄* illud à *gaḡōr̄*, quod per commodam sui gubernationem societas humana obtinere solet, expenditur intentiùs. Cum enim omnia d. fluxura videantur, si omni omnino Societas illa gubernatione destituatur, sola hæc si commoda sit præstat, ut bene beatèque inter homines vivat. Quin si non per omnia satis recte se habeat, præstat tamen, ut societas, quæ coiverat, è vestigio non prossus disfluat & dilabatur.

II. CÆTERUM quâ ratione gubernata olim fuerit *Israëlitica Gens*, turba illa hominum, quam *Aegyptiacæ* tyrranidi subduci jussérat ipse Deus, quamque adeò seorsim ab *Aegyptiis* degere, & peculiarem rempublicam constituere volebat, id, nisi me omnia fallunt, suavissimè considerabitur omnium. *Israëlitica* enim gens illa erat, apud quam, ut sacrâ phrasî utar, ignem post & caminum habuit, atque adeò singulare modo habitavit ipse Deus; cuiq; revera præstítit talia, qualianumquam

quam nationum ulli. Hanc eandem voluit Deus non confuetis inter quasvis alias gentes modis gubernari, sed qui excellentiam quadam sua à cæteris haud parum discrepareret omnibus. Nos ab insigni, quam diximus, suavitate electi, in expendenda Ebreorum reipublicæ forma paululum nos exercebimus.

III. IN naturam autem rerum publicarum introspicere voluntibus τὸ κύρος sive Summa potestas ante omnia consideranda fuerit, penes quem nimirum illa ipsa sit; utrum nempe penes unum, an verò penes paucos, an denique penes omnem populum. Hinc nimirum tres diversissimæ & maximè ἀνδιγενῆ simplicium rerum publicarum formæ emergunt. Aristoteles ubi considerare instituit politias sive respuplicas, πόλεα τὰς δημοτὰς, καὶ τὰς αἱρέτας, quot numero sint & quæ, (facit id autem lib. III Polit. c. 7) ita pronunciat illicè: ἀράγην δὲ ταῦτα κύρος οὐτανίστηται τοῖς πολλοῖς. Quam divisionem & Cicero Secundo de divinatione profitetur, se à Platone Aristotelis præceptore ejusque philosophia didicisse: respuplicas teneri tum à principibus, tum à populo, aliquando à singulis. Tacitus quoque conformiter proflatus hisce loquitur lib. IV Annal. Cunctas nationes, inquit, & urbes populus, aut primores, aut singuli regunt. Ita à numero τὸ κύρος sive summam potestatem obtinentium, per quam magna rerum publicarum fluit diversitas.

IV. Porro autem Simplicibus politiarum formis, certa etiam nomina iam olim tributa esse, nemini non est cognitum. Si nimirum unus rerum potius Monarchiam appellaverit hanc regiminis formam. Præterea τὸ κύρος τὸ κοινὸν διοικητουσι συμφέρει, quæ ad communem utilitatem respicit, βασικεια regiam potestatem dixit Aristoteles. Quæ autem Monarchia τὸ κύρος τὸ συμφέρει τὸ μισθεχόντως, ad commodum dominantis regitur, iliam Aristoteles τοργανίδα appellavit. Si πολεμικα sive summa potestas penes plures, eosque paucos sit, hæc regiminis forma, sive recta sit per omnia, sive recte ταρέχθεις & εμαρτυρήση, plu-

timis Oligarchia olim est dicta. Aristoteles vero, ubi res publicas despescit, Oligarchias vocabulum paucorum & quidem divitum potentiam minus recte se habenti, atque ad publicam utilitatem non respicienti, tribuit: Si paucorum potentia, publicam salutem procuret atque ex virtute optimis civibus confiteratur, Aristocratiam appellat illam gubernationis formam. Si denique populus πολιτευται, sive summam potestate in obtineat & quidem ad communem utilitatem, Aristoteles hanc regimantis formam communis omnia terumpublicarum nomine πολιτειας appellat, hujus vero πολιτεια dictam vult Democratiam, Complures tamen, qui Philosophum & antesserunt & secuti fuerunt, Democratiaz vocabulum generale esse voluerunt, cuiuscunque νηπιαθεικης κυριειος: à quibus neque ipsum Philosophum protinus abire intelleximus.

V. SED ad illam tandem potestatem quae in gente Israëlitica obtinuit, versandam atque considerandam accingamur, eamque tales, qualem ubique terrarum in gentium gubernatione omni memoria observare fuit. Cum igitur gens Israëlitica post diutinas tergiversationes ab Aegyptiorum rege dimissa tandem esset, atque ut in Palæstinam commigaret per deserta Arabiarum Terrarum iter facere inciperet, peculiarem tempublicam illicè constituit. Erat ibi justa hominum multitudo, quæ ex simplicibus enata fuerat societatis. Hanc gubernari utique erat necessaria, si civili etiam ratione commodè inter se vivere deberet. At si more inter alias gentes consueto gubernari deberet, fuisset τὸ κύριον seu Summa potestas alicui vel aliquibus committenda; vel certe si penes universum populum esse deberet, aliquibus tamen fuisset deleganda, qui exercerent.

VI. Hic autem singularem rationem, quæ inter alias gentes non obtinuit, neque obtinebit unquam, est animadvertere. Omnis quidem potestas, quæ civitates moderatur, præcipue Deo T. O. M. ab illis, qui eam obtinent, accepta est serenda, iuxta illud

illud gentium doctoris: ὁ γάρ θεὸν ἐξοίδια ἡ μὴ δύο θεοί. Neque dubium est, quin ille qui hominum interest animus & mediis cogitationibus intervenit, (quod prudentissimus Seneca agnoscit,) quin, inquam, ille summam potestatem, quæ magnos hominum gubernat cætus, præcipue dirigat atque moderetur. At verò inter Summam potestatem, quæ gentem Istaëliticam gubernavit, & quæ cæteras gubernat gentes, illud est: quod hæc, licet occulte à Deo dirigatur, hominibus tamen plenè committitur: illam autem ipse Deus maximam partem immediate exercendam sibi servavit. Fitq; adeò, ut illa, quæ hominibus committitur, non tardò abutantur ipsi homines. Neque enim vi eam dirigit, aut si malè eā uititur homo, sensibiliter semper retundit Deus; sed utà präscriptio legum divinarum homo exorbitet, non tardò permittit. Quam autem circa Ebraeos sibi servaverat Deus, illius usus non nisi sanctissimus esse potuit.

VII. Cum autem rō κύρος sive Summa potestas in variis sita sit, videmur operæ pretium facturi, si quid porissimum nos velimus per hanc summam potestatem intelligi, explicemus. Potestatem itaque summam quād maximè sitam esse dicimus in regendā aut tuendā republicā. Hæc enim potissima illa capita sunt, ad quæ revocari pleraque possunt, quæ circa reipublicæ summam in disquisitionem venire solent. Atque hoc pertinet illud Poëtarum principis Homeri, quod de Agamenone dixit: ἀμφότερον, βασιλεὺς τὸν ἄγαδος, κερπεῖται αἰχμήτης. Quæ porrò ad regendam civitatem pertinet potestas, illa præcipue in *in legibus condendis & magistratus judicibus constituendis* est sita: Quæ autem ad tuendam, in armis & gerendo bello. Tria adeò suerint in quibus Summapotestas, quantam nimirum conque in politiis observare possumus, quam maximè est conspicua: *Leges condere, bellum indicere, magistratus judiciaque constitutere.*

IX. PORRŌ horum omnium in republicā Ebraeorum penes ipsum Deum arbitriū fuit. Et id quidem in proclivē  
nunc

nunc est ostendere. Potestatem condendi leges, etiam illas omnes quibus gens Ebræa ad politicum bonum fruendum gubernaretur, reservasse sibi ipsum Deum, atque etiam istas leges illi genti condidisse, tam manifestum est, ut qui id operosè probare vellet, lucem soli, quod ait, sceneraturus videri posset. Elucet autem id maximè ex plurimis Levitici Numerorum & Deuteronomii capitibus: quæ quasi dives sunt penu, ubi quicquid etiamnum in vita humana commodis legibus definitum est magnam partem comprehenditur. Primum sane, cum Deus ter O. M. ex Arabie monte Sinai pararet leges serre, de se ipso præfatus est hunc in modum: *Ego sum Jehovah Deus tuus, qui eduxi te ex Egypto e domo servitutis.* Unde liquet, latam Legem à Deo, non tanquam creatore cœli & terræ, sed veluti à summo populi Israëlitici duce. Tum quæ totius reipublicæ quasi præcipuum debuit esse vinculum, legem Decalogi, audienti populo seorsim, & quidem justæ Legi auctoritatis conciliandæ ergo, ceu decet sapientem Legislatorem, per fulgura ac tonitrua clarissimè promulgavit: eamq; mox duabus inscripsit tabulis, quæ proinde tabulæ fæderis sunt dictæ: deinde paulo post eas singulari arca, quæ itidem arcæ fæderis hinc nomen accepit, fecit in perpetuam in usitatis fæderis cum Deo initi memoriam, recondi. Post hac ubi jam populo terror esset incussus, soli quidem Moysi, sed post satis pridem spectatam populo divinam ejus probitatem, & non sine comitantibus perpetuò stupendis miraculis, istiusmodi complures edidit leges, qualium in politiis optimis instituendis usus esse solet; qualibusq; vigentibus quam commodissime inter homines vivi potest, abolitis ex adverso vel aliis existentibus, fieri non potest, quin injuriæ, alicui saltim, cives sint expoliti. Hæ nimicrum sunt illæ, quas ut distinguamus à mercè ceremonialibus, quarum recensione codicis Mosaii bene magna pars consumitur, Forenses dicere consuevimus. Atque illarum singulas pressius considerare, opera quidem magnum

magnum fuerit pretium, nostri tamen in præsentia haud quaquam est instituti. Facturus id aliquando est Vir Clarissimus, sub cuius auspiciis hæc nobis nata est confidentia, ut levidensia ista ad publicam *σήμαντον* extruderemus.

**I X.** Præterquam vero quod Deus universales tulit leges, per quas similibus delictis similis atque eadem pœna fuit irrogata, usu etiam venit, ut quidam malefici ad occultas pœnas à Deo raperentur, vel scelerant Moysi singularis quædam pœna indicaretur, quæ malefico esset irroganda. Pœnæ capitales quidem quæ apud Hebræos obtinebant, videntur ad quaternarium numerum commodè posse revocari. Sunt igitur illæ: Combustio sive vivicomburium, lapidatio, decollatio, & denique strangulatio suffocatio sive suspendium. Quod autem quidam, S. I. vi. de Rep. Heb. c. 10. Lipl. I. 1. de cruce c. 9. quos inter sunt doctissimi Viri Sigonius & Lipsius, crucifixione etiam supplicium inter Hebræos usitatum fuisse existimant, næ in eo oppidò falluntur. Id quod ostendit nobis Exerc. xvii. in Baron. o LXXVII. Isaacus Casaubonus. Sed quod diximus Deum ipsum quosdam ad occultas pœnas rapuisse, apparet ex *Levit. cap. X. Num. XI XII XIV XVI.* Sed & singularia quædam supplicia ab ipso Deo quibusdam irrogata videmus, & Moysi in mandatis datum, ut ea homines exequerentur. Sic *Num. XXV* mandat Deus, ut principes populi suspendantur: si recte quidem hinc habent se se versiones codicis Ebræi, *Num. XV* memoratur, quendam ligna Sabbatho collegisse; cum autem lege minus clarè fuisse *expressum*, quomodo is ipse plectendus esset, mandasse Deum, ut capitali supplicio afficeretur, hoc est lapidibus obrueretur. Ex *Levit. XXIV* capite intelligimus, blasphemum quendam incustum datum fuisse, donec luculentæ à D:o darentur responsa, quâ ipse pœna esset plectendus: & cum illa data essent, lapidibus blasphemum illum itidem fuisse obrutum. Ita quæ legibus clarissimè definita non erant, de iis expectabatur ipsius Dei definitio. Non injuria autem forte etiam dixeris, ex parte in lo-

cum paenarum civilium sacrificia quoque à Deo esse imperata, eorumque modum definitum: quandoquidem scilicet omne delictum ad injuriam Dei, etiam in quantum ille Rex erat, pertinere visum fuit.

X. Eadem porro ratione, si in iis, quæ ad sacros ritus pertinebant, quicquam suboriretur dubii, consulebatur itidem Deus, ejusque expectabatur responsum. Ut appareat ex cap. IX Num. ubi de contaminatis & peregrè profectis agitur, an simul unq; cum cæteris festum paschatos celebrare & agnum edere ipsis esset integrum. Cum filiæ Zelophchadis paterent, ut sibi etiam darentur prædia, Moyses ad Deum ipsarum causam defert; & mandata accipit, ut quæ ipsarum patenti Zelophchadi tribuenda fuissent, nunc ipsis filiabus tribuantur, uti hæc leguntur Num. XXVII. Edita etiam tunc universalis sanctio est, ut quæ defuncto cuidam tribuenda essent prædia, illa tribuerentur illis, qui proximè ipso sanguine essent juncti aut cognati. Cum etiam dubium suboriretur; an illæ ipsæ Zelophchadis filiæ, jam ἀπέκληται factæ, viris, qui non ejusdem cum ipsis essent tribus, nubere possent, nec ne Moyses exquisitâ Numinis voluntate ita respondet: *Hoc est verbum quod præcipit Jebova de filiabus Zelophchadis, dicendo, cui bonum videbitur in oculis suis nubent: verumtamen in familia tribus paternæ sua nubunto.* Nam non avertetur possessio in filiu Israëlis à tribu in tribum: quum filii Israëlis adhærebunt quisque possessioni tribus paterna sua. Illæ autem relationes, quæ ad Deum siebant, in Hebræorum republicâ maximè erant necessariæ, cum nec legibus definita omnia essent quæ usu venire poterant, nec illis quicquam addere sive demere, vel omnino in illis migrare, ulli homini esset licitum. De vulgaribus rerum publicarum legibus Aristoteles.

I. 3. Polit. cap. XI.

ita loquitur: δὲ τὸν νόμον ἐπεικεῖν, καὶ μάτις ὁρθῶς: τὸν ἄρχοντα δὲ ἀνταί τον πλεῖστον, τῷ τεταγμένῳ, τῷ δὲ στοιχεῖον οἰκαδικατοῦντος λίγην ἀπεβίων. Άλλο τὸ μὴ πάδιον ἐπεικεῖν καθόλευτον δηλώσατε περὶ ταῦτα. In Ebræorum republica leges utique erant optimè omnium

omnium positæ, & exdem etiam dominabantur: at incidere quædam poterant quæ ex illis definiti liquidò non possent. Circa talia igitur etiam potestatem ac arbitrium sibi servaverat & n̄e<sup>o</sup> erat ḥ̄pxw illius reipublicæ ipse Deus; quomodo nimis-  
rum in aliis rebus publicis istiusmodi potestatem habere debent  
& ḥ̄pxw. Et verò legibus ḥ̄pxw quæ Ebræorum rem-  
publicam moderari debebant, non licuisse ulli homini privato  
ausu aliquid addere sive demere, id exsertis verbis dicitur Deut.  
IV. & XII. Non addetis ad verbum, quod vobū loquor, nec auferetis  
ex eo. Custodite mandata Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis.  
Hoc igitur argumento maximo est; juris illius maiestatis, quod  
in legibus ferendis est positum, nihil quicquam penes homi-  
nam fuisse.

XI. Ut autem potestas leges ferendi penes Deum, sic  
pariter immunitatem & privilegia concedendi potestas fuit. Ita  
qui ex tribu Levi erant, omnes à militiâ jubet esse immunes &  
sacro muneri addixit, Num. i. Immunitatem à militia concessit  
etiam aliquibus aliis, utpote quivineam noviter excolere cœpiss-  
sent: qùl uxori se despondissent ne cum donum eam duxissent:  
qui novas ædes exstruxissent nec dum eas incolere cœpissent: de-  
nique qui timidi essent & cæteris etiam metum viderentur in-  
cūstuti. Quomodo hæc leguntur Deut. XX.

XII. Porro & belli gerendi arbitrium in gente Israëlitica  
Deum sibi reservasse, & penes Deum illud fuisse, de eo dubitari  
non potest. Non enim vel castra ex arbitrio suo locare aut mu-  
tare populo in itinere fas fuit. Deus præterat & intererat præliis.  
Versabatur in gente Israëlitica, Num. XIV Deus in medio vestri es,  
inquit Moyses, & pro vobis contra hostes pugnabit, Deut. XX. Ipse  
Deus jubet numerati populum, ordines constitui, & prælium  
initi Num. i. Ita singulos tribuum præfectos jubet in acie in pri-  
mo ordine locari Deut. XX. Jubet etiam prælium inire cum Mi-  
dianitis, & interneccione delere eos, quia gentem Ebræorum ad

idolatriam illexerant *Num. XXV & XXXI.* Quemadmodum autem semper feliciter prælabantur, quoties Dei justu id faciebant Israëlitæ, sic contra turpiter rem gerebant & magna clade afficiebantur, cum injussu Dei pugnabant. Moyses in quarto historiæ sui sacrae c. xiv. dehortatur gentem suam, ne intrent prælium: *Dominus vobis nō est, inquit, ne corrātis.*

XIII. Est & de *Magistratibus* tandem ostendendum nobis, quod ipsorum quoq; instituendorum arbitrium penes ipsum Deum remanserit in Ebræorum republica. Fiet id commode satis, dum de ipsis magistratibus, qui in republica Ebræorum fuerunt, disseremus. Antea autem, quam hoc faciamus, consideranda proponimus illa ipsa S. Scripturæ verba, quibus Deus ter Optimus M gentis Israëliticæ REX disertè appellatur. Nimirum hinc etiam oppidò fiet manifestum, τὸ κύρος sive summam potestatem, qualis in aliis rebus publicis penes homines esse solet, in Ebræorum republica servasse sibi ipsum Deum. Igitur jam tum *Exodi xix.*, *Eritū mibi regnum sacerdotiale,* dixit ipse Deus. Cum potro Ebræi postularent, ut sibi Rex daretur, quales finitimæ ipsis gentes sibi præferebant, Deus ad Samuel loquitur in hunc modum: *Audi vocem populim omnibꝫ, quæ loquuntur tibi: non enim te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos Regnaverat igitur ipse Deus in Israëlitica gente, antequam propriè dictus rex ex hominibus constitueretur: & eo modo postea non regnabat Deus cum ex hominibus Ebræis Rex esset datus.* Idem vero clarissimè innuit Samuel, ubi suz genti κακονθεια illam exprobrat, quod postulassent sibi regem dari. *Cum vide-retiū, inquit, Nabasum Ammonitarum Regem bello vos appetentem, dicebatu mibi: Non tu sed Rex nobis dominabitur, cum tamen ipse Iehova Vester Rex esset.* Sed & illud huc pertinet, quod cum Gideon rem bene gessisset, & quidam ex gente Israëlitica ipsum Regem eligere & regnum posteris ipsius itidem addicere

*1. Reg. xii.  
- 7.*

*2. Reg. xii.*

*12* appetentem, dicebat mibi: Non tu sed Rex nobis dominabitur, cum tamen ipse Iehova Vester Rex esset. Sed & illud huc pertinet, quod cum Gideon rem bene gessisset, & quidam ex gente Israëlitica ipsum Regem eligere & regnum posteris ipsius itidem addicere vellegat,

vellet, quod, inquam, ipse Gideon ita respondit: *Ego nequam  
dominabor vobis, sed Iebova vobis dominabitur.* Syracides Lu. 11. 13  
denique expressit idem hisce verbis: *In unamquamque gentem p<sup>re</sup>-  
posuit redorem, καὶ πεσταθέντες τοὶ Ισραὴλ ἀντι μερίδα, Ἐ pars Dei  
Ισραὴλ facta est manifesta.* Germanicus noster interpres Lutherus  
sensum commodè expressit hunc in modum: über Israel ist er selbst  
Herr worden.

XIV. NUNC ad id accedemus, quod paulò antē insti-  
tueramus dicere. Qui igitur ex hominibus populo Israëlitico  
præsuerunt usquead Saulem, illi non summam reipublicæ po-  
testatem, aut quæ jura dicuntur majestatis, ipsi habuerunt, sed  
duntaxat δέκα<sup>η</sup> sive magistratus stricta significatione vocis sunt  
dicendi. Ex mente autem Philosophi δέκα<sup>η</sup> sive magistratus  
maximè illi sunt appellandi; *τοις δεκάδοις βαλσαροῖς περὶ πῶν,  
καὶ εἰς τὰ διατάξα, καὶ μάλιστα τέτο, quibus datum est deliberare  
de quibusdam, & judicare frumenta, & mandare sive jubere, & maxi-  
mè hoc postremum.* Gessit ergo istiusmodi magistratum in populo  
Israëlitico primus omnium MOYSES. Quem habitore respectu  
ad Deum, qui summam potestatem sibi in populo Ebræo ser-  
verat atque adeò illius Rex erat, haud absurdè Proregem dixe-  
ris. Certe Dent. XXXIII vers. 1 in benedictione Moysis ha-  
bentur verba, cum quibus id non malè congruit. Apud vulga-  
tum interpretem illa ita sonant: *Erat Moses apud rectissimum Rex.*  
Osiander autem ita corrigit: *Et fuit Moses in recto Rex, in colli-  
gendo capitibus populi in unum tribulus Israel.* Leonis Judæ versio  
haec est: *Et fuit equabilis Rex.* Illam Vatablus immutat hoc  
modo: *Fuit autem in Israel (tanquam) Rex.* Quicquid sit de una  
voce Ebræa, de qua sententiarum animadvertere est divortium  
inter interpres, Moyses unique Rex hic videtur dici. Verum  
id omnino intelligendum, quomodo Vatablus intelligit, quod  
nimisrum Moyses surcit tanquam Rex. Atque eodem modo  
commodè noster interpres Germanicus: *Et veritatis das Ampe-*

cines Röniges. Verus utique Rex haud fuit, neque unquam se pro vero Rege gessit, qui se afflictissimum mortalium querendum profitetur, Num. XI & XII.

XV. Ceterum gessisse Moysen magistratum, habuisseque ipsum potestatem, peculiari tamen modo ab ipso Deo dependentem, deliberandi, statuendi, & mandandia, c de controversiis judicandi in gente Ebræorum, id ex historiâ sacrâ, quam ipse Moyses conscripsit, abundè liquet. Cum per deserta Arabiæ in Palæstinam tenderent Ebræi, aliquanto tempore solus Moyses causas dijudicarat omnium: ut operas matutino tempore exortas in multum vesperæ produceret, & vires suas nimium quantum exhauriret. Quod cum lethro generum suum invisens animadverteret, judicia aliter in situendi consilium ipsi dedit. Sacer scriptor memorat illud hisce verbis: *Res quam tu facis, non est bona. Omnino marcesces & tu & populus iste, qui tecum es. Nam gravius est negotium quam ut tu hoc solus conficias.* Audi igitur vocem meam, consulam tibi, & erit Deus tecum. Tu gere curam populi coram Deo & refer causas ad Deum, & doce eos statuta & leges, & viam eius ostende in qua ambulent, atque opus quod faciant. Porro ex omni populo, tu profice viros fortes, timentes Deum, viros veraces, odientes avaritiam, & præfice illos tribunos centuriones quinquagenarios & decuriones. Illi diudicent populum omni tempore: omnem verò rem gravem que inciderit, ad te referent; ipsi vero universas res parvas diudicent, levabuntque te cum fuerint tecum.

XVI. Non insuper id consilii habuit Moyses, atque ex eo operæ, quæ ipsi solihactenus incubuerat, partem in alios derivavit. Audierat ipse & dijudicarat causas suæ gentis, promiscue minimas cum maximis. At ex consilio foceri, in litibus magis liquidi juris judicandi laborem aliis delegavit, nulla judiciorum parte sibi reservatâ, nisi quando lex ipsa vel deficeret vel obscuratio esset. Certè in consilio Jethronis hæc sunt: *Tu gere curam populi coram Deo, & refer causas ad Deum.* Moyses ipse Deut. 1. 18 scribit,

Exod.  
XVIII. 17.  
& seqq.

scribit, in hunc modum illos à se se constitutos judges isti oꝝ tempore se se allocutum: Quod si difficile vobis visum aliquid fuerit, referre ad me & ego audiam.

XVII. Verum illi ipsi quos Moyses ita instituit judges, ex quibus & quemadmodum fuerint instituti, non perinde liquet. Posset sanè cui videri, fuisse illos jam antea capita tribuum, eoque in potestate positos, cum ita Moyses memoret se dixisse: Et sum p̄fī capita tribuum vestrarum, viros sapientes & nobiles, & constitui illos capita super vos, principes chiliadum, principes centuriarum, principes pentecostyw, principes decuriarum, & praefectos tribuum vestrarum. Non licet tamen hoc ipsum ex illis verbis colligere; Capita enim seu principes audiunt etiam, quibus nulla in alios competit potestas, modo p̄z aliis vel virtute vel re quādam alia emineant: quales sanè illi fuerunt sapientia & nobilitate. Vulgatus interpres hosce principes vocat & quidem primi ordinis tribunos (commodius fortassis chiliarchos dixisset) secundi ordinis centuriones, tertii quinquagenarios, quarti denique decanos.

XVIII. Quales fuerint illæ chiliades, hecatontades, pentecostyes, atque decades, de eo itidem omnium non eadem est sententia. Non potest tamen quenquam prudentum fugere, illam populi divisionem summè fuisse utilem, & sapientissime institutam: quia nimirum ingens hominum numerus non potest commode in ordinem redigi & gubernari absque ejusmodi populi distinctione. Eapropter sane illa passim in militiæ quoque usum traducta est. Carterum de capitibus quæ dixi populi sic distincti, legimus conjecturam Bonaventuræ Cornelii Bertramii; quam etiam ipsius verbis hoc adscribemus: Ex Josua cap. VII  
liquet, populum Ebraum distributum primū fuisse in tredecim tribus, p. 60. edit.  
tribus illas in Septuaginta gentes, quas Hebrei animas vocant sapius Constanti  
quād Mischpachoth, quod vulgo exponunt familiae: septuaginta illas  
gentes in familias, quas Ebrai sēr̄ appellant Batim, id est, domos,  
damos illas in Gesarim, id est, viros seu capita. Capita vero seu viros.  
huc

De Rep.  
Ebi. vi.  
p. 60. edit.  
Constanti  
Emperiorum.

hic appellamus qui patres familias sint, filiosque & quam Latinis familiam appellant habent. Cibiarchos, Centuriones, Quinquagenarios & Decuriones, ut jam subindicavi, non per gentes qua duntaxat septuaginta erant, designatos puto: nec per eos qui propriè dicuntur gesarim, id est, viri seu capita, quum immenso sere numero futuri essent, sed per batim, id est, domos seu familias.

XIX. Ceterum fuerunt quidem singulæ tribus divisæ in gentes: ha portò in domos: domus denique constituerunt ex pluribus patribus familias: quod autem gentes illæ exactè septuaginta fuerint, non appetet. Quot & quæ singularium tribuum gentes aut familiæ fuerint, cum Ebræi in desertis Arabiæ quadraginta annos ferè exegisset, rectius videtur intelligi posse ex vigesimo sexto Num. capite: & vero secundum illam distributionem populus jam occupatà Palæstinâ semper fuit divisus. Quod item Bertamus existimat, chiliades illas, hecatontadas item, pentecostyas & decadas esse domorum (quales nimirum in Josuæ capite septimo vers. 17. intelliguntur, non patrum familias) id non omni procul est dubio. Verisimilius dixeris, esse illas chiliadas patrum familias, cum eundem loquendi modum de præfectis militum passim usurpatum videamus. Quemadmodum enim Moyses dicitur constituisse principes chiliadum & centuriarum qui causas judicarent, ita etiani præfecti militum dicuntur, alii quidem principes chiliadum, alii hecatontadum. Videantur modò postrema capitulo XXXI Num. tñemata. Chiliades nimirum hæ atque itidem hecatontades militares, cum fuerint singularium virorum: fuisse igitur & alteras illas tales, per est verosimile. An vero principes chiliadum, hecatontadum, pentecostyas, & decuriarum, qui causas dijudicarunt, subordinati invicem fuerint, quomodo principes chiliadibus & hecatontadibus militum præfecti utique fuerunt, de eo amplius videtur cogitandum.

XX. Hos igitur minores magistratus & judices divus Moyses instituit, ipse autem à Jehovâ immediate fuit institutus.

Ubi

Ubi observandum: quod illi à Moysè institutum unus suum proprio consilio propriaque prudentia tantum administraverint: Moyses vero quam maximè egerit tantum internuncium Dei. Neque vero quidquam legas alicuius in republica momenti à Moysè actum, nisi speciarum id jubente Deo. Eoque Moyses mandata immediatè accipiebat à Deo, etiam quando castra mutanda, aut bella gerenda cum hostibus essent; nec aliâ autoritate constituebantur Chilarchi & Tribuni militum. Sic Num. XXXI Moyses à Iehova jubetur ulcisci Midianitas. Post Moyses mandata summi Numinis perfert ad populum: iusso illo deligere atque instruere qui in militiam proficiscantur. Ipse tamen delectos dicitur misisse & amandas in campum.

XI. SVPEREST de illa magistratum institutione agere, de quā narrare putatur sacer scriptor Moyses libro quarto cap. XI. quæque paulò ante facta est, quam eò penetrasset gens Israëlitica, unde exploratores in Palæstinam mittebantur. Incesserat nempe tum gentem contumacem satietas mannae, mirabilis edulii, quo aliquamdiu vicitarat, atq; ex adverso carnium appetitus. Ægrè etiam fecerat populus optimo suo ἡμέραν, carnes ab ipso exposcens, quod inde gentem abduxisset ubi carnium fuerat affatim. Queritur igitur Moyses de suā miseriā, & mori præoptavit quam illam perferre amplius. Ipsa Moysis verba sunt illa: *Unde mihi esset caro, quam dem toti populo huic? nam sicut, aduersum me dicendo: Da nobis carnes, uti comedamus. Non possum ego solus ferre onus totius populi hujus, nam grave hoc est supra me.* Deus autem Moyses deligere jubet Septuaginta viros, ex primoribus & præfectis seu moderatoribus suis gentis, eosdemque ad tabernaculi osium ducere; addens, quid tum fakturus ipse sit. Tum descendens, inquit, loquar tecum ibi, & seponam de spiritu qui est supra te, ponamque in eū: hic portabunt tecum onus populi, neque portabis tu solus.

XII. Magnus Grotius dicit, hæc locutum esse Deum ad Annos. ad Matth. v.

Q

Moyses,

Moylen, cum questus hic esset, supremorum judiciorum ac relationum oneri (quod haec tenus sustinuerat) se se non sufficere, & Septuaginta illos Spiritu novo (judiciali) instruxisse, jussisseque partem oneris ferre, supremorum nimurum judiciorum & relationum. Conflans porrò doctorum multorum sententia est, institutum hic à Deo concilium illud atque SYNEDRIVM esse, cuius vim Herodes Rex fregit, majoris momenti causis, quæ in singulis civitatibus decidi non poterant, dijudicandis consecratum. Quod si autem in primos hujus sententiaz auctores inquiras, fortè non reperire fuerit alios, quam Thalmudicos magistros. Hi enim diserte hanc Synedri magni originem tradidunt *Titulo Sanhedrin cap. 1. paragr. VI.*: mirifice contortis Scripturæ dictis abusi: ceu unicuius palam esse potest, saltim ex Latina Tituli illius Thalmudici versione à Joanne Coccejo curata. Thalmudicos autem magistros illos secuti sunt, quotquot illorum traditionibus fidem habendam esse arbitrantur: quales sunt cum Rabbini omnes sequioris ævi, tum nonnulli nostræ tempestatis Christianorum literaturâ Ebræâ præstantium. Multa sane de illo magno Synedrio, quod detorâ Græcâ voce συνέδριον Ebræis jam olim Sanhedrin appellatum fuit, ex Rabbinorum cum Thalmudicorum tum aliorum adytes de promunt, queis in illa se penetrare haec tenus collibuit.

XXIII. Ex Moysis Maimonidæ *Validâ manu*, & quidem *Halacha Sanhedrin*, producit quedam Wilhelmus Schickardus in *suo de Iure Regio commentario*, quæ ibi legere est volenti. Non continemus nos, quin pauca illinc hic etiam transferamus: *Sennatus major in Sancuário erat & vocabatur Sanhedrin magnum. Numerus illorum erat LXXI sicut dicitur: congregamibi septuaginta viros de senibus Israël. Hū Mose præsuerat, sicut dicitur: stabunt ibi tecum. Ecce in summa septuaginta unus. Qui grandior sapientia ceteros omnes antecellebat, eum faciebant Praesidem seu caput confessus. Ispus est, quem eruditiusque terrarum appellant NASI, hoc est Principem,*

peno, uque praest loco Moysis magistri nostri. At qui inter Septuaginta senatores annorum ratione natu maximus erat, cum collocabant à dextrâ illius, vocabantq; ABH BETH DIN b.e. patrem consistorii. Ceteri sexaginta novem sedebant ordine promotionis & dignitatu sue. Quo quinque major in sapientia, quam collega suus, eo locabatur proprius ad sinistram Principis. Circum secum sedebant autem in dimidiis quasi arcam semicirculariter, ut eos ambo praefides, Princeps & Pater, omnes simul in conspectu haberent.

XXIV. Credendum scilicet censem viri eruditii in his Moysi Maimonidæ & Thalmudistis, tanquam ex certa traditione hæc talia habentibus. Ceterum quod pace illorum liceat dicere, non profectò illo sunt Thalmudistæ, multò minus is est Maimonides scriptor recens, quibus tutò credas antiquissimas populi Ebræorum res, nullis suppetentibus sacri Codicis testimoniis: cum constet, fabulis plurimis imo portentosis mendaciis dudum omnem eos merito decoxisse fidem; et si quandoque id quod vero est consentaneum dicant. Nec verò illi omnia ex traditione acceperunt, sed quam frequentissime sua commentaria nomine solent venditare. Imo quantumvis plurimum etiam inter se se mutuo dissideant, omnibus tamen illis fidem æqualem præberi, imo divinæ Legis estatis æquiparari, interdum & antefertur postulant; impietate an impudentia maiore incerrum, nefariâ verò & piorum nemini non execranda. Quoniam illa verò est ratio penè in universum Thalmudicarum omnium narrationum, manifestum est, quod attinet quidem collegium Septuagintavirale à Moysè institutum, non posse de ejus usu, ratione, & duratione quidquam certi, nisi ex sacris codicibus haberi. Hi verò, nisi admodum fallar, ab iis Judaicis Rabbinorum narrationibus plurimum dissentiant.

XXV. Principio enim notandum est, illo ipso Numerorum loco, ubi Synedrium tale, quale diximus, institutum esse vulgo creditur, de summi alicujus judicij institutione vix leviter agi.

Non enim legitur, Moysen suisse questum de onere aliquo summorum judiciorum, quod haec tenus sibi incubuerat: quia jam ex consilio Jethronis plurimis molestiis erat levatus: sed simpliciter de onerositate totius populi cura. Verba conquerentis apud Deum sunt: *Cur imposuisti pondus univerbi populi huius super me? Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia gravus est mihi.* Respondens Deus jubet eligere Septuaginta viros: ut sustinent, inquiens, tecum onus populi & non tu solus graveris. Jam vero onus Moysis, illo quidem tempore, non tam erat situm in iudicando, quam in omnibus populi negotiis audiendis & ad Deum deferendis, adeoque in perpetuam illa molestiam agendi inter populum & Deum. Non pertinebant autem illa negotia ad lites & controversias, nisi tantum, si quando lex vel deficeret, vel esset obscura, ceu jam supra est dictum. In hujus itaque oneris (quod nondum composita republica & in vagâ illâ populi vitâ non potuit non esse maximum) levamen, non autem proprie judiciorum ergo, lecti sunt illi Septuaginta. Hinc sane iidem acceperunt partem Spiritus sancti, quo unus Moyses haec tenus fuerat prae-  
dictus, adeoque etiam ipsi facti sunt Prophetæ: quo Spiritu simpliciter ad judicianon fuit opus. Quin immo videtur illud collegium Propheticum, post obitum Moysis republica jam statâ, desuisse: cum primis munere illo consulendi Deum in causis dubiis post translato in collegium Levitarum, aut extraordinarium a Deo constitutum pro tempore Judicem: qua de re agitur *Denter-nomii c. XVII.* Ceterè in toto Veteris Testamenti codice, Prophetici confessus judicarii ex Septuaginta viris constantis, aut vero alicujus collegii Prophetici, tantum ex illo Prophetarum ordine compositi, nusquam fit mentio, sed Prophetarum incertus semper post fuit numerus.

## IL

*XXVI.* Lecti porro illi Septuaginta fuerunt ex Senioribus & praefectis sive moderatoribus populi, adeoque habuerunt jam ante a populi curam, ut recte dicit Hugo Grotius. Imo pars illo-

*Annot. In  
Mauth. v. I.*

rum

rum fortassis jam antea causas dijudicaverat: pertinens nimirum ad eos, quos supra judicandis litibus chiliarchos, hecatontarchos, pentecontarchos & decadarchos constitutos fuisse dicebamus. Moysen enim Deus jussit Septuaginta feligere, quos norat populi esse seniores & Schotrim, b. e. moderatores, praefectos, judices. At Schotrim sunt illi ipsi chiliarchi, hecatontarchi &c., qui de tribunali pronunciabant. Liquet id ex Deuteronomio Deut. c. 2, Moyisis, ubi ita ipse loquitur: Accipiens iraque primores tribuum vestrarum, homines sapientes & cognitos, constitui istos primores vobis, chiliarchos & centuriones & praefectos quinquagenos & decuriones & Schotrim, b. e. moderatores per tribus vestras. Moderatores sive praefecti hi non sunt alii à cæteris. Hinc in Exodo, ubi eadem Exod. cap. XVIII. 18. res memoratur, vox illa prorsus omittitur.

XCVII. Ex Rabbinorum commentariis quidam depro-  
munt, quod Schotrim sive moderatores illi fuerint lictores sive  
apparitores cum virgâ & flagello; ursopote Wilhelmus Schickardus, Nicolaus Fullerus, Constantinus l' Empereur. At profectò I. de iore Reg. p. 97.  
ex lictoribus lectum esse Propheticum illud collegium cui per-F. lib. III. Miscel. c.  
suaderetur: Septuaginta interpretibus illi Schotrim sæpe dicun-19. l. Emp. Annot. in Berr. de Rep. Hebre  
tur γραμματουργοὺς, fortassis quod accusations ad judices introduxerint. Nam apud Athenienses εισηγάγεις τῶν γραφῶν dice-  
bantur, qui certam καπηλοῦ speciem, nimirum τὰς γραφὰς, ad  
judices introducebant. Quamvis verò neque hec ratio nomi-  
nis satis videatur conveniens, fortassis tamen est verosimilior  
etiam illà, quam S. Augustinus exposuit hisce verbis: *Moyses in de C. D. L.*  
*populo Dei constituit, qui docendu literu preeſtent, priuquam divina le-* xix. c. 39.  
*gu ullas literas noſſent. Hos appellat Scriptura Grammatologagoges,*  
*qui Latinè dici poſſunt literarum inductores, eò quod eas inducant vel*  
*introducant in corda diſcentium.*

XCVIII. Licet vero Septuaginta illi Prophetæ in partem  
curæ illius Propheticæ venerint cum Moysi, multiū tamē  
illo fuerunt inferiores: ideoque longè aliter per ipsos respondit

## 124 DE REPUBLICA

Deus, quam per Moysen. Quod ipsum Deus ipse significat Numerorum XI, 67. s. Multum itaque exitia manuit præ omnibus Moysis autoritas. Hinc solus legitur postea iussu Jehovæ exploratores in Palæstinam misisse: Solus legatos ad Edomitarum Regem amandasse: Solus iussus etiam est, ut Midianitas ulciceretur. Quam maximè Solus ille etiam postea mandata Jehovæ genti suæ exposuit.

XXIX. PORRO autem cum divinus Moyses per genitum suum didicisset, se diem suum jamjam obitum, & quidem antea, quam gens, cuius haec tenus summus dux fuerat, in Palæstinam penetrasset; precatur ipse Deum, ut suæ genti præficeret alterum, qui illam fidi pastoris in modum duceret ac gubecareret. Annotavit Deus, atquæ ita respondet: Sume tecum Iosuam filium Nunù, virum in quo est spiritus meus, ut imponas manum tuum illi, filioque illum coram Elbazare sacerdote & coram toto cætu, mandatis instruas illum ante oculos eorum, & impetrari ei de gloriâ tuâ, ut auscultet eë totus cætus filiorum Israëli. Cum igitur deceperet Moyses, surrogatus in ipsius locum est ille ipse JOSUA, vir consimili prorsus sanctimoniam, integritatem, & innocentiam conspicuus, & ad secretiora cum Deo colloquia itidem admissus. Verba quibus ipsum post Moysis obitum alloquitur Deus, initio libri, qui ipsius nomen præfert, est legere. Ibidem verò & illud dignum observatu occurrit: professam esse gentem Ebræam, se Iosuæ dicto velle audientem esse, quemadmodum ipsi Moysi fuerat. Et vero post illa Iosuæ auspiciis gerebantur omnia.

XXX. SED opportunum nunc forte est, saltim paucis docere, quomodo Magistratus institui debuerint in Palæstinâ. Est verò id exposi... à Moyse, antequam defungentur in conspectu quasi ipsiusmet Palestinae. Judices, inquit, & moderatores constituto tibi in singulis portu tuu, quas Jehovah Deus tuus dat tibi per tribus tuas, qui judicent populum iustio. Intelligere verò hinc est, cùm in singulis urbibus suisse judices institutos, rùm popu-

*Num. c.  
xxviii, 13.*

*Deut. xvi.  
8.*

populo datum jus eos sibi eligendi ex suo numero, tantum habita  
bita haud dubie ratione prudentiae & justitiae.

**XXXI.** COETERUM pergit Moyses paucis inter-  
iectis: *Si occulta erit res tibi in iudicio ferendo, inter eadem & ca- Deut. ivii.  
dem, inter item & item, aut inter plagam & plagam, è rebus controversiis 8, 9, 10, 11.*  
intra portas tuas, tunc surgens ascenes ad locum, quem elegerit Iehova  
Deuturus. Et adib⁹ sacerdotes Leviticos, vel sumnum iudicem, qui erit  
diebus illis, ut consuleas & judicent tibi statum illius iudicii. Deinde  
facies ex præstituto illius sententiæ, quam indicaverint tibi; prosequitur à  
loco illo quem elegerit Iehova, & observabis, ut facias secundum omnia  
qua docuerint te. Ex præstituto legi, quam docuerint te, & secundum  
iudicium illud quod dixerint tibi, facito. Ne recedito ab eâ sententiâ  
quam indicaverint tibi, dextrorum aut sinistrorum. Vir autem ille  
qui commiserit superbe, ut non auscultet Sacerdoti constanter ministranti  
ibi Iehova Deutuo, aut Summo iudici; utiq⁹ morietur vir ille, & tolles  
malum illud de Israële. Haecenus Moyes. Verum de sensu ho-  
rum verborum non una est omnium sententia; sive iudicium  
ipsum spectes, sive eos quibus iudicium committitur. Sunt  
enim qui existiment, iudicium illud suisse confessum auctoritatem  
administrandi toram rem publicam, conjunctum cum infallibili  
sapientia omnes de sacris ac religione ipsa enatas controversias  
decidendi. Porro iudicium hoc alii uni Summo Pontifici, alii &  
huic & Septuaginta illis quorum ex Numeris supra meminimus,  
committi arbitrantur, quasi hisce verbis denuo sit constitutum  
Synedrium magnum. Non desunt, qui duo h̄c iudicia censem  
instituta, alterum forense, alterum ecclesiasticum. Quamvis  
verò h̄c sententiæ per sint celebres, & ob auctoritatem assentientium  
doctorum invenerint applausum magnum; fortassis tamen  
non fuerit difficile monstrare, quantum aberrent à vero.

**XXXII.** Primo igitur, ad certa tantum & quidem pauca,  
nimis dumtaxat ad controversias dubii juris inq; nonnullis ne-  
gotiis, iudicium hoc ex instituto divino pertinuisse, significant ipsa  
Dei

Dei verba commate octavo. Quæ optimè exponuntur in notis Vatabli: *Sic causa aliqua fuerit ambigua & difficilior, quam ut de illa pronunciare possis: eiusmodi inter sanguinem & sanguinem, b. e. inter innocentem & criminis capitali damnandum, qui alio rationibus tibi videtur esse innocens; inter causam & causam b. e. inter litem pecuniariam & quæ sit minoris momenti: vel inter litem actoris & litem defensoris: inter plagam & plagam b. e. inter livorem & vulnus.* Non igitur hoc loco à Deo cuiquam committitur cura totius reipublicæ, sed tantum nonnihil ad partem pertinens judiciatiæ, quæ inter præcipuas administrandæ reipublicæ infima est. Nonnihil, inquam. Nempe demum judicium inter portas vacantibus verbis. Tum scilicet tandem licuit consulere Sacerdotes. Fere quemadmodum ex Jethronis consilio Moyses suscepit judicanda tantum ea, quæ difficiliora erant & ambigui juris.

II. XXXII. Secundò, quamvis huic judicio voluerit Deus ab omnibus obtemperari, non tamen hinc debet colligi, fallere vel falli illud non potuisse. Eodem enim modo: *in ore duorum aut trium testimoniis voluit Deus, ut omne confiteretur verbum: & tamen sine cuncto eriam duo aut tres potuerunt in falsum testimonium confessuræ: imò ipse sacer codex hujus non unum rei gestæ exemplum suggerit.*

Deut. xvii.  
6. &c xix. 15.  
Mai. xii.  
16.  
Cor. xiii.  
2. Similiter diserte præcepit Apostolus Coloss. 113, 20: *Filii obedite parentibus in omnibus.* Ephes. v. 24: *Uxores suis viris subiectæ sint in omnibus.* Non tamen hoc ipso significavit, parentes & maritos à recto nunquam aberrare. Tantum igitur voluit Deus populo nullam dare potestatem detrectandi sententiam illius judicii. Digna lectu sunt, quæ ad hunc locum commentatus est Dionysius Carthusianus: *Dicit glossa Hebraica, ut resert Lyra; etiam si dixerint tibi, quod dextra tua sit sinistra vel è converso, talis sententia est tenenda. Quod reprobat Lyra; quia sententia nullius hominis, cujuscunque sit autoritatis, si contineat manifestè falsitatem sive errorem, servanda est. Que reprobat vero est, si glossa illa Hebraica dicere velit, quod talis sententia sit tenenda ita,* ut ei

nt ei mente consentiatur, tanquam vere & justa. Si autem vult dicere, quod est tenenda ita, quod pena aut damnum sententia debeat pati- enter tolerari ab innocentie, qui non potest ad altiorem judicem in hoc mundo habere recursum, potest salvare. Nam & Gregorius ait, quod siue justè siue iniustè liget Pastor, sententia ejus tenenda est gregi. Fateor tamen, judicium illud infallibile fuisse ante Babyloniam captivitatem, quando ex Dei mandato omnia instituit. Etenim in dubiis omnibus tunc semper a Sacerdote consuli & potuit & debuit oraculum illud *Urim*, appellatum propterea *Rationale judicij*. Et vero huc spectat verbum illud ἐμφανῆς: non declinatu a verbo quod annunciant tibi. Fuit nempe summus Sacerdos hac in re non nisi Dei nuncius. Quapropter & Diodo-  
rus Siculus in Eclogis Photianis ait: Λργαρία τομίζεται αντίς ἀγγελος γένεθλιος τοῦ τόπου προστημάτων. Certè ex eo, quid u. 12 habetur, non licet colligere ipsiusmet Sacerdotis infallibilitatem, nisi etiam dicendum sit, iudicem fuisse infallibilem. & quæ enim de Judice, atque de Sacerdote sermo est, si meliores interpretationes Ebrai textus consulamus. Qualis est præter illam Tremellii & Junii, quæ supra sumus usi, ipsius Xantis Pagnini, & Graeca veteris, & Germanica Lutheri, Taceo nunc & Veteris & Novi Testamenti monumenta, dare nobis per quam multa exempla Pontificalium in judicando commissorum cri- minum.

XXXIV. Tertiò non uni Summo Sacerdoti commissum tale esse judicium, manifestè utique liquet ex verbis disertissi- mis commatis noni decimi & undecimi: *Venies ad Sacerdotes Levitici generu, & ad Iudicem*, qui fuerit illo tempore &c. In hisce sane verbis non de unâ personâ sed de multis agi, qui judicare debeat, sole meridiano clatus est. Porro illi, qui in sacris Iudices xar' iεοχλω dicuntur; cujusmodi fuere post Moy- sen, Josua, Othoniel, Debora, Thola, Jair, Jephtha, Samson,

Samuel, alii, etiam ipse judicarunt totius Israëlitici populi difficultissima quæq; & tamen tantum abest, ut fuerint Sacerdotes summi, ut ne quidem unico excepto Samueli, Levitica fuerint tribus oriundi. Nusquam præterea legas in monumentis sacris, Summum Sacerdotem solum vel consulum fuisse de jure, vel de jure pronunciasse: nisi quod id fecisse Eli sit verosimile: qui ramen id Judicis potius potestate, quæ simul forte fuit functus, fecit, quam Sacerdotis. Penes Pontificem maximum postremè non fuisse summum judicium, sed penes Synedrium magnum, constans utique est Judaicorum magistrorum sententia. Hinc Schickardus Thalmudicas traditiones secutus scribit: *Summus Sacerdos non tantum ob varias pollutiones, de facile contingentes, iustificationis ritu cadit sed & pro se occidi potuit, si mortem ex lege mereatur.* Subjungit sententiam Thalmudicam ex bolo. kel. hannikd. ita versam: *Pontifex judicat & vice sibi judicatur, atque testantur contra eum: sed capitaliter eum nemo judicat, nisi Synedrium magnum.*

XXXV. Aliud quartæ hoc judicium esse, quām illud Septuaginta virale Moysi adjunctum, non uno est arguento colligere. Etenim illud, jam cum dudum erat institutum: hoc autem demum instituendum, post occupatam jam Palestinam, fuisse, liquet ex illis: *ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus.* Item: *Facient quodcumq; dixerint, quis præsumt loco, quem elegerit Dominus.* Illud porro fuit constitutum ex omnium tribuum hominibus: hoc ex solis Leviticis corolle, indicant illa: *Venies ad Sacerdotes Levitici generis.* Illius munus totum fuit Propheticum: hoc circa lites quasdam, quarum decisio superabat captum inferioris ordinis judicium, occupari tantum debuit, ut paulo ante ostensum. Illius praeses haud dubie fuit Moses: hujus autem Summus Sacerdos.

XXXVI. Quanvis porro hoc judicium Sacerdotalis: Synedrio, postquam multa secula originem & occasionem fortè dederit, revera tamen ab institutis Synedrii pluviatum alio sit.

Huc

De iure  
Reg. c. 11a.  
p. 60.

Hoc enim Leviticus generis senatores tantum admisit: Synedrium autem præter sacerdotes habuit assessores ex aliis quoque tribubus electos. Hoc ad controversiarum paucarum judicium fuit tantum adstrictum: Synedrii vero ampla cum primis, si Iudeorum quidem magistris ereditimus, fuit potestas. Schickardi verba sunt: *Senatus ille Magnus cognoscebat præcipuam tantum de rebus magnis religionem & rempublicam attinentibus, v.g. de controversiis legalibus, anno intercalari, pseudoproprietate, apestatu, excommunicandis, de Rege, bello, saceribus, legatis, velegalibus, publicis adiunctionibus, magistratibus inferioribus &c.* Præses illius Leviticus judicii sine dubio semper fuit ipsemet summus Sacerdos: at Synedrii princeps non potuit non interdum esse aliquis alterius tribus. Si verum quidem est, quod Moyses Maimonides scribit apud eundem Schickardum: *Qui grandior sapientia ceteros omnes auctoritatebat, cum faciebat Praefidem seu caput confessus, Iipsum est, quem eruditus ubique terrarum appellant NASIB. e. principem, iug. præstil loco Moysis Magistri nostri.* Imo secundum Abravanellem, temporibus Hasmonaeorum Princeps domus Iehuda semper fuit caput Senatus Israëlitici, nuncupati Sanhedrin: ut scribit Menasseh ben Iraël in Conciliatore quest. LXV. Genes. p. 92.

XXXVII. Verosimilius sane cui videatur, Synedrium magnum aliquod constitutum demum esse post Captivitatem Babyloniam, & quidem maximè Hasmonaeorum tempore, idque ad effigiem Senatus à Josaphato Rege olim compositi, cuius fitmentio in Paralipomenis. Constitutum certe Sanedrin demum esse, quo tempore Graecæ linguae usus inter ipsos Judæos iam invaluerat, ipsa vox ex Graeco orta liquidò ostendit. Illa vero lingua cœpit deniq; populo esse frequens, potentibus in Palæstina rerum Syria & Ægypti regibus Macedonici sanguinis, post Alexandrum Magnum. Quod attinet vero tribunal à Rege Josaphato institutum, illud sane ex parte fuit idem cum isto Sacerdotali per Moysen instituto, ex parte cum

**Synedrio.** Verba quibus narratur illius judicii prima institu-  
tio, observatu sunt digna: In Ierusalēm quoque constituit Josaphat  
Levitas & Sacerdotes & Principes familiarum ex Israēl, ut judicium  
& cauam Domini judicarent habitatoribus ejus. Præcepitque eis di-  
cens: sic agetus in timore Domini fideliter, & corde perfecto. Omnes  
causam, que venerit ad vos fratrum vestrorum, qui habitabunt in urbibus  
suis, inter cognitionem & cognitionem, ubique quæstio est de  
lege, de mandato, de ceremoniis, de justificationibus: Ostendite eis,  
ut non peccent in Dominum, & ne veniat ira super-vos, & super  
fratres vestros: sic ergo agentes non peccabitū. Omnino autem  
videtur & sequentia illa ad hoc judicium pertinere: Et ecce  
Amarias Sacerdos & Pontifex vester, in hū, qua ad Deum pertinent,  
præsidebit: porrò Zabadias filius Ismaēl, qui est dux in domo Iuda,  
super ea opera erit que ad Regu officium pertinent: habebitūq; magi-  
stros Levitas coram vobis.

XXXIX. Hunc Josaphati Senatum habuisse cum utro-  
que illo altero consessu aliquid cūmmune, aliquid ctiam diver-  
sum, facile est discere ex verbis adductis. Etenim quod ad-  
miscevit in consessum non Sacerdotes tantum sed etiam Prin-  
cipes familiarum Israēlis: item de sacris controversiis & du-  
biis majoris momenti, necnon de negotiis regiis has illi fuerint ju-  
dicare, cum Synedrii institutis convenit: non autem cum Le-  
vitico illo per Moysen instituto. Videntur quoque huic ju-  
dicio duo quasi præsides præsuisse: alter in causis sacris, isque  
Summus sacerdos, alter in negotiis regiis, isque dux domus  
Judæ. Quod itidem cum Synedrio ex parte convenit, eis  
non minus duo præsederunt, unus Nasi; alter Abb beth-din ap-  
pellatus, ceu sicut ex verbis Maimonidæ Hal. Sanbedrin à Schie-  
kardo laudatis. Longè major ramen fuit potestas Synedrii,  
ssi iis quæ traduntur Thalmudis titulo Sanbedrin cap. 1. par. 5  
has est credere) quam etiam hujus Senatus, utpote cuius limi-  
tes longè alios posuerit Josaphat Rex, quantum ex ejus verbis  
colli-

colligere est. Duorum quoque præsidum Synedrii alia fuit ratio, quām duorum quos Josaphat suo illi judicio præfecit. Quemadmodum sane Nasi fuerit constitutus in Synedrio, audivimus modò narrantem Maimoniden. De altero pergit idem:  
*At qui inter Septuaginta senatores annorum ratione natu maximus erat, eum colloabant à dextris illius (Nasi scil.) vocabantque Patrem confessorii.* Verūm de his obiter.

XXXIX. Quintè denique etiam id alienum esse à veritate, quasi duplicitis generis sint judicia constituta, alterum Ecclesiasticum, alterum Forense, apparet ex eo; quod causæ judicio illi submittendæ non nisi unius fuerint generis. Neq; verò in sacris literis illis ulla diversi generis litium fit mentio. Ut ut au-rem nonnunquam circa idem negotium aliud Ecclesiastici, aliud civilis sit fori: in paucis tamen hoc habet locum, nec propter illa pauca opus fuit duo diversa judicia constituere. Decepit nimirum viros optimos illud, quod & Sacerdotes hic & Judex sigillatim nominentur. Sed mens legis facile patet, si Judicis nomine intelligamus Suffetem aliquem, qualis fuit Josua & quidam alii libro *Judicum* memorati. Intelligimus nimirum ex illo libro, huiusmodi Suffetes (utimur voce Carthagini olim receptâ) non semper in republicâ habuisse locum; eoque non fuisse magistratus ordinarios, sed tantum extra ordinem, efflagitante necessitate populi, à Deo ipso constitutos. Ut igitur apud Romanos Dictatori omnes ordinarii magistratus cesserunt: ita sine dubio Judicitali cessere cum alii Hebræorum magistratus, tum quoque sacerdotiales Judges. Adeoque si quando à Deo fuit aliquis Judex constitutus, perinde illum licuit adire in controversiis negotiis, atque Sacerdotiale collegium: nec minus ipsius sententiae fuit standum. Hunc esse sensum legis, patet ex usu quem compertum habemus ex libro ipso *Judieum*. Illos enim finiisse populi controversias, sive

uno loco conserderint, sive regionem circuerint, nemini non ex libro isthoc est manifestum. Verum de hisce satis.

XL. Nunc porro super haec tenus dicta reflectamus paululum mentem, & quæ FORMA REGIMINIS in gente Eberæ sub Mose Iosua & Judicibus obtinuerit, consideremus. Plerique sive exiliunt, formam reipublicæ Ebræorum fuisse Aristocraticam omni ante Reges tempestate. Petrus nimur Galatinus, Carolus Sigonius, Angelus Caninus, Joachimus Stephani, Calvinus, Martyr, Danzus, quos Henningus Arnisæus Relect. Pol. 11 c. 4 Sect. 5 allegat. Caroli Sigonii quædam verba huc lubet apponere. Ceterum, inquit, cum de formâ reipubl. queratur, nihil aliud queritur, nisi penes quem principatum summa rerum fuerit constituta. Hac vero primum penes Optimates pofta fuit, deinde penes Reges; quorum principatum illum Aristocratiæ hoc Regnum Graeci vocant. Aristocracia fuit sub Moysi, Iosuâ, Senioribus & Indicibus: Regnum sub regibus.

XLI. Tametsi autem hisce ex parte Josephus quoque præverit, imo ipsimet velint videri Josephum auctorem sequi, illum tamen de Judæorum regimine longe aliter statuisse, paulò post liquidò apparebit. Ut vero nostra quoque sententia adseratur in medium, ante omnia ultrò fatemur, nullam ex formis rerum publicarum, quas Aristoteles nobis descripsit, reipublicæ Ebræorum, illi quæ ante Reges fuit, satis convenire. Omnes videlicet illæ formæ tales sunt, ut  $\pi\alpha\kappa\mu\sigma$  sive summa potestas rerum agendarum fuerit penes homines. At in Ebræorum republica  $\pi\alpha\kappa\mu\sigma$  illo tempore mansit penes ipsum Deum, & quidem unum illum. Apparet sane id ipsum ex majestatis iuribus, quæ majora vocant; legum sanctione, inquam, magistratum institutione, bellorum inductione, quæ Deus sibi uni servaverat, solusetiam interea temporis exercuit.

XLII. Si nunc igitur attendamus, cui fieri par est, quod unus summam potestatem in republ. Ebræorum ab initio obtinuerit,

tinuerit, Monarchiam merito dicere illam rem publicam debemus. Attamen si id attendamus, quod iste unus fuerit ipse Deus, non homo, abstinentem ab illo vocabulo esse videatur: fingendum verò aliud, quod in usitatè huic formæ tribuas. Et sane finxit jam olim Josephus, quo haud malè illum appelles, vocabulum. Apponam verba quædam, quibus vulgares sombras & nostram de quâ nunc agimus, in usitatam, complexus est scriptor ille. *Θεον τὸν ἄλιθον ἐπίτροφα τὴν ἵξοις τὸν πολιτεμάτων.* In p. contra  
App.

Οὐ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης εἰς αὐτὸν τύπον ἀδεῖσι, οὐδὲ ἂν τοῦ ἑπτακοσίῳ τῷ λόγῳ ΘΕΟΚΡΑΤΙΑΝ ἀπέπι, θῶν μᾶλλον μόνη τὸν δεκτὸν τῷ Κράτῳ αἰαθέτι, καὶ πάντας εἰς ἔκεινος ἀπειπεῖς αἴσθηται, οὐδὲν αὐτὸν αἴσθηται τὸν αἴσθητον, κονῆτο πάντας αἴσθητος τῷ ιδεᾳ. Horum versio eti non adeo commoda, quæ Sigismundi Gelenii est, ita habet: *Alii siquidem monarchia alii veteri paucis alii vero populo potestatem reipubl. commisere. Noster vero legislator nihil horum intendens, veluti si quis hoc dicendo mensuram transcendat verbi, divinam rem publicam declaravit: Deo principalius conversationem nostram atq[ue] potestatem excellenter signans;* Plin. in  
præflav. *Et sati faciens eum cunctos inspicere, tangitam causam bonorum omnium universis hominibus existentem. Appellat igitur Josephus rem publicam Ebraeorum novo vocabulo Ιουεραῖον. Et sane hoc illud demum est, quo in usitatam formam reipublicæ, in quâ Deus summam potestatem obtinet, exprimere haud incommodè possis. Apparet verò Josephum hic loqui voluisse αἰεψίστερον, quomodo & alibi in libris contra Appionem solet. Sed ne aliquis decobat pugnantem cum viro, qui doctrinæ eruditioris, quo nomine tam erat celebris, ut Cymbalum mundi vulgo audiaret.*

XLIII. Invitat hæc res nos ad id, ut in ea, quæ alibi passim de forma regiminis, qualis illa fuit ante exortos Reges & sub Regibus, dissemite idem Josephus, non nihil curam nostram proficit.

proferamus. Et vero I. xv Δεκαολογίας cap. vii Mosen introducit ad gentem Israëliticam ultima verba facientem, eaq; inter hunc in modum: Λεγοχερτία μὴ ὑπερέσιον, καὶ ἐκατητήσθη βίος: καὶ μὴ λάθῃ πόθεν ὑμᾶς ἀδειας πολιτείας, αὐτὰς ταύτας σιγζωττος, τοὺς τόμους ὄχοτε δεσπότης, κατ' αὐτὸς ἔναστ τρέπετος. δέκατη ὡς θεὸς ἡγαμάντος ὄντας. Optimum quidem est Optimatum regimen, & in sic administrata republica vivere. Nec est cur aliam ejus speciem concupiscatur: sed praestat, ut hanc contenti in legum & vestrum ipsorum potestate sitū. Satis enim est Deum habere praeisdem. Hisce addit: Βασιλεὺς δὲ εἰ γένεται ὅπος ὑμῖς, ἵνα μὴ μέτρον ὁμόφυλον. Θρησκευτά δὲ ἄνθρωποις μὴ ὑμοῖς καὶ τῷ διῷ τὰ πλεῖστα τὸ Φρεγάν, πτωσίτον δὲ μηδὲ δίχα & δεργασίας καὶ τὸς ταῦτας ποιήσεις. Si Regū vos cupido cæperit, sit ille genitus vester. Is plura legibus & Deo tribuat quam sua prudentiae: nihil verò agat prater sententiam Summi Sacerdotū & Senatorum. Cum subjecisset porro, hec uxores Regi multas alendas, nec equis aut pecunia multa gaudendum, quarum rerum copia facile contemptor legum possit evadere, subjungit: καλόνθω δὲ εἰ τύπον τι Διός ποιῆσις ἔχοι γῆρας τὸ συμφέροντον ὑμῶν δωμάτων πρότον. Hæc nondubitate Flavius Mosen ipsum dicentem facere. Ceterum effinxit quidem ille hunc sermonem haud dubie ex capite decimo septimo Deuteronomii; ibi vero nihil legere est in commendationem λεγοχερτίας dictum, aut rem publicam Optimatum amplectendam populo esse nec mutandam. Nullo verbo ibi praecipitur, Regi nihil agendum citra Pontificis & Senatorum sententiam: ut nec, si forte Rex fiat potentior pecunia aut equis quam ferat populi commodum, cohibendum illum esse. Mala itaque fide Josephum hinc recitatissime Mosis sermonem, non potest non omnibus esse liquidum.

XLIV. Idem porro Josephus Undecimo Δεκαολογίας libro, quarto capite, hisce est verbis usus. Καὶ ἐι μὴ ὑπὲ τύπον δαψιλούμενος ταῦς θυσίας καὶ τῇ αὐτῇ τῇ θεῷ φιλοίμια, κατακόπι

τοῖς ιεροσολύμοις, πολιτικὰ χρώματοι, ἀγροκομπηὶ μετ' ὁλιγορχίας.  
ἀνδρὸς δέχομενος προσεύκεισθαι τὸν προμάτων, ἀχρεότερος λοιμωναῖος συνέ-  
θη θαυμάσιον ἐνέργειαν. πρὸ μὲν γὰρ τῆς ἀγριαλωσίας καὶ τῆς αιαβάσιας  
ὑβαστλόντος, δύο σπύλαια πέπτων ἀχειρίδρου καὶ δαβίδου, οὗτοὶ ἦσαν ΦΑΡΙ.  
μῆτρες δὲ μερισαστοί. πρὸ δὲ τῶν βασιλίσιων τέτοια ἀρχοτίς αὐτοὺς διέπτοντο,  
οἱ προσευχεόμενοι περιθώριον καὶ μέταρχοι. καὶ τέτοιο πολιτεύομέντος τὸν  
τερτιοῦ ὅποι πλέον ἡ Φιλοπατρία μανσηῖ διποθανεῖται καὶ οὐσῆν τὸν  
σπατηγόν. *Atque hi ita summa liberalitate nisi in viellimū & studio*  
*divini cultus habitaverunt Hierosolymis, utentes republica Aristocratica*  
*cum Oligarchia. Pontifices enim praeferunt rebus, donec Hasmo-*  
*nai posterū regnare concessum est.* *Ante enim Captivitatem & Redi-*  
*tum regnum fuit à Saule usque & Davide per annos quingentos vi-*  
*ginti duos, menses sex & dies decem.* *Ante vero Reges illos impera-*  
*runt ipsis illi qui dicili sunt Iudices & Monarchi.* *Atque ita admini-*  
*strati fuerunt annos plusquam quingentos post defunctum Moysen &*  
*Iesum imperatorem. Hec ibi Flavius. Non nisi obiter tamen; cum*  
*oarrasset nempe, quemadmodum illi Judæi, qui Darii Persarum*  
*Regis consensu & auspiciis Babylone erant reversi, Hierosolymis*  
*templum iterum struxissent & festum Azymorum solen-*  
*niter celebrassent. Ceterum de reipublice quam illi ex Capti-*  
*vitate reduces instituerunt forma, quæ hic narrat Josephus, non*  
*conveniunt cum iis quæ idem differit ἀρχαιολογίᾳ libri vicesimi*  
*capite octavo. Reliqua vero iis sic satis consonant. Agens*  
*enim de republica, quā usus est populus ante Captivitatem,*  
*scribit: ἵνα δὲ αὐτῷ Αριστοκράτῃ μὲν ἡ πρώτη πολιτεία, μὲν*  
*ταῦτα δὲ μοραγγία, βασιλεῖον δὲ τερτιον. Sub his (tredecim prioti-*  
*bus Pontificibus) prima reipublica administratio fuit Aristocratica,*  
*post illam Monarchia, Regum vero tertia: quæ ante allatis sunt pa-*  
*ria. Cum dixisset verò ibidem, solutā per Cyrum Babylo-*  
*nica captivitate, Iesum Josedeci filium assumptissile Summum*  
*Sacerdotium, addit: ἵνα δὲ καὶ εἰ ἔχοντο αὐτόν, πάντα καὶ δικα*  
*ίωσις, μήδει βασιλεῖος Αἰδεκά τὸ ἐνπάτορθ., ἐποιητῶν δημοκρα-*

τοκῶς ἵη περιχώνα δίκαια πίσταργ. Ήτος οὐκέτι ποστὶ γιγάντειον  
universi, οὐκέτι ad regem Antiochum Eupatora, rempublicam administra-  
verunt Democraticè annos quadringentos quatuordecim. Ήτος vero  
ab illis prioribus dissentientiunt.

XLV. Cæterum Videndum jam est, quām vera aut fal-  
sa sint Josephi illa. Et quidem hac vice ea duntaxat quae perti-  
nent ad formam reipublicæ, qualis fuit ad usque institutos Re-  
ges, persequemur: de Regno & statu qui exceptit Captivita-  
tem solutam deinceps dicturi. Initio igitur illud insolens  
videtur, quod Iosephus alium voluerit esse statum reipublicæ  
Mosis & Iosuæ auctate, alium sub Judicibus. Et vero etiam  
Signiorius, qui aliás suam de republica isthac omni sententiam  
ex Josepho depropmississe voluit videri, nullam hīc differentiam  
agnoscit, sed eandem censem reipublicæ formam fuisse usque  
ad Reges. Ipse quoque Josephus l. VI λεχαιολογίας quartoca-  
pite ea narrat de Samuele ultimo Judicum, quæ ostendunt Sa-  
mueli esse visum, tunc etiam statum regiminis fuisse Aristocraticum.  
Exoslam scilicet suisse Samueli Regiam administratio-  
nem, ἔπειτα δὲ, addens, δεῖνας τῆς Αριστοκρατίας, οὐδείς καὶ μα-  
ρτυρεῖς ποιέοντες τὰς χρωμάτικας δυνάς τὴν πολιτείαν. Valde enim delela-  
batur aristocratis, tanquam divinos & felices reddente eos qui hoc re-  
giminis forma utuntur. Constat porro ex sacro Iudicum libro,  
ut & iis quæ tradit Josephus l. V. Antiquit. non omni post de-  
sonctum Josuam tempestate ad Reges usque perpetuos fuisse  
Judices: sed initio aliquamdiu, ut & post frequenter, nullos, nec  
quoniam, nisi incumbentibus populo ex vicinia hostibus, in li-  
berationem. Ut proinde non omni post Josuam ad Reges usq;  
ævo eadem omnino fuerit regiminis ratio, sed alia atque alia.

XLVI. Ut autem seorsim ea quæ de Iudicibus pronuncia-  
vit Iosephus primo loco consideremus: nihil profecto appetit  
cautæ, quare dicendum sit, illos polluisse in regenda republi-  
ca auctoritate majore quām Moysen aut Josuam. Imò vero

multa

multo minus illos potuisse, liquidum est ex sacro codice. Enimvero Proregem quasi egisse Mosen, jam tum probavimus, ut & non inferiore fuisse auctoritate Iosuam. Non ergo iudices monarchæ fuerunt præ illis duobus magnis ducibus. Nullus porro Judicum ulla exercuit summæ potestatis jura, sed fuere non nisi magistratus ac ministri Israëlitarum maximi imonarchæ, ipsiusmet Dei. Non enim ullus eorum legem promulgavit: & bella omnia ab iis gesta sunt iussu Dei: præ se se etiam aperte tulerunt, non propria auctoritate se populo præesse, sed ceu solent illi qui magistratu funguntur à Summa potestate constituti. Cum primis lectrū & expensu digna est historia Gedenus, qualis describitur cap. VI, VII, & VIII: inque eâ præcipue, quemadmodum ille exercitum legerit, & recusaverit à populo sibi & posteritati suæ oblatum à populodominatum. Non etiam in omni illo Judicum libro observare est verè aristocratici regiminis aliquod vestigium. Ut proinde meritò mireris, nunc μοναρχία nunc δημοκρατία administrationem reipublicæ Israëliticæ, à quoquam isti quidem tempestati fuisse attributam. De Josepho multò maxime id meretur admirationem; quoniam non tantum in iis qua contra Appionem disputavit, agnovit τινὲς Ἰουρεπτίας, sed etiam in Antiquitatum opere, illo ipso loco libri quarti, unde verba ipsius §. 43 depropulsimus, diserte & δημοκρατίας populō commendantem Mosen introducit, & statim simul adjicientem: δέκατη δέ διδοὺς πάντας Σεξτο item ἀρχαιολογίας cap. IV refert, Samueli dictum à Deo, se se à populo esse despctum, οὐ μὴ βασιλεῖσθη μόνον. Quæ utique & cum aristocracia & cum monarchia Judicum sunt omnino aequivalentes.

XLVII. Enimvero si accuratè loqui velimus, ceu fieri par est, illa demum Aristocracia dicitur respublica, ubi omnis summa potestas, sive omnia Majestatis iura, quantacunque ab hominibus geri possunt, sunt penes paucos quōsdam.

Quare cum præcipua Majestatis jura in republicâ Ebræorum, sive Mosis & Iosuæ sive Iudicum zwo, non fuerint penes plures, qui quidem non integrum gentem constituerint, sed pauci ex illâ fuerint, illam ipsam rem publicam, accuratè loquendo, Aristocratiæ non fuisse, omnino concedendum est.

XLIIX. Quamvis verò ex iis quæ jam adduximus res hæc omnis sit liquida, ne tamen ulla possit dubitatio superesse adhuc clarius doctrinam nostram illustrabimus. Igitur diximus jam antea, nullam ex vulgatis formis reipublicæ Ebræorum, quæ plane ~~et aperte~~ est, per omnia esse congruam. Quare nec monarchiam fuisse quales vulgo sunt, etiam ipsi nos denuo fatemur. Verum aliorum, idem qui negant, non eadem mens est. Inficiantur enim, Ebræorum rem publicam fuisse monarchiam ante Reges, quod quicquid summæ potestatis in illâ gente penes homines situm, id fuerit penes paucos. Cæterum si hoc volunt, fuisse ratiōne penes Septuaginta virorum consilium, de facili eò possunt adigi, ut eodem sensu monarchiam aliquando fuisse ante Reges, debeant concedere. Nimirum quicquid majoris potestatis penes homines in gente Ebræorum fuit, id fuit aliquando sine omni controversiâ penes unum Moysen. In hujus autem libro secundo memoriarum proditum est, omnes causas ad hunc solum initio fuisse relatas; post vero ex consilio Iethronis constitutas fuisse, quos Vulgatus interpres vocat tribunos, centuriones, quinquagenarios & decanos, qui levioris momenti causas dijudicarint; graviores autem & difficiliores Moysen sibi reservasse. Tulit igitur unus Moyses primò quidem omnes causas minimas cum maximis dijudicandi, post verò summariorum tamen judiciorum ac relationum, laborem. Fecitque id per biennium termè sine omni controversiâ. Fuerit igitur tum penes unum Moysen summa potestas; quantum cunq; nimirum penes hominem Deus volebat esse. Atque adeò per illud saltem primum tempus non obtinuerit Aristocratiæ. Quomodo

modo sane Septuaginta Aristocratiam constituere potuisse nonnulli censem, eodem modo per biennium fermè unus Moyses monarchiam obtinuisse, possit pari praetextu astringi.

**XLIX.** At vero etiam cum Septuaginta illi jam electi essent à Moysè, hic tamen potissimum autoritatem retinuit; id quod supra ostendimus. Post ipsum verò non multum dispari auctoritate fuerunt Iosua ac Iudices. Iosuæ sanè eodem modo parebant Ebræi, quo paruerant Moysi, ut videre est ex Iosuæ capite primo & vigesimo tertio, quin imo etiam ex ceteris. Moyses quidem in Israële tanquam Rex fuerat, ut in Deut. XXXIII cap. legere est: Iosua igitur itidem. Rectius itaque dixeris, monarchicum potius, quam aristocraticum statum plerumque obtinuisse usque ad propriè dictos Reges. Si nimis ex illa summa potestate, quæ in Ebræorum republi-  
ca penes homines superfuit, illam ipsam tempuplicam vel Monarchiam vel Aristocratiam dicere liceat.

**L.** Iudicium porro, non omnino & verè, quadam tenus tamen, fuisse summam autoritatem belli pacisque temporibus, ex factis literis itidem constat. Arque adeo huc forte respexisse Josephum, quando Judices ἄρχοντας & πολάρχους appellavit, non dissimulabimus. Iosephi illa verba secutus Petrus Cunæus <sup>l. 1. de Rep. Ebr. c. 12.</sup> Iosuam, inquit, pari potestate secuti sunt, qui praeundo edicendoque praetores dicti dictatoresq; posterant. Est tamen & illud valde aniquus dictum: quia Dictatores Romani verè regia omnia habuerunt, tantum quod potestas tempore fuerit circumscripta. Quomodo tamen Moyses alicubi Rex dictus est, ita Iudices itidem non sennet Reges videntur appellati: ceu haud ineptè fortassis colle- geris ex Iudicium cap. XVI, 6. cap. XXIX, 1. cap. XXXI, 1. ex quibus locis Josephum suos πολάρχους exstruxisse perverosimile est. Minus propriè tamen ceu scipiùs jam diximus ita sunt dicti, quemadmodum itidem ipse Moyses. Si sane xelis Iudi-

ces Regio dignari titulo, certè non nisi καὶ νόμοι reges dixeris fuisse, quales Aristoteles descripsit Polit. 111. c. 16. Et vero ipsi illi iudices in illa dignitate se beatos censebant esse. Non desiderabant καὶ τὸν αὐτὸν βασιλεὺν παιδεῖν, neque adeò vere reges esse, vel qui maximè propriè ita dicerentur. Norante nimirum lehovam ipsummet servare sibi summam potestatem, ideoque cum illo in societatem regni venire non conabantur.

Iud. ix. Gideonis inter alios hanc integratatem fuisse proditum est, ut cum regnum propriè dictum ipsi posterisque ipsius addicere quidam ex populo vellent, suscipere illud ipse non sustinuerit.

LI. VERUM de forma reipublicæ, qualis fuit Mosis Iosuæ & Iudicum rex, plus satis est dictum, omni scilicet illo tempore Ἰουεζίαν reapse obtinuisse. Sed pertæsum tandem fuit stolidam gentem hujus status; ita ut in servitutem se tradere malleat, sive, quemadmodum Sulpitius Severus loquitur,

I. 1. Sac.  
H. q. ut non sine exemplo amentia præoptaret libertatem (talis nimirum est, etiam in regno, et si undique benè is status fese habeat) servitio Regio mutare. Postularunt itaque, ut Rex sibi præficeretur & quidem, qualem vicina circum circa gentes habebant. Indignum sanè id erat illâ gente, quæ præsentissimum ipsius Dei auxilium haud consueto modo toties fuerat experta. Ægrè etiam id tulisse divinum Prophetam Judicemque Samuelem, cum flultam gentis suæ postulationem cognovisset, atque ideo è vestigio morem illi haud voluisse gerere, apparet. Sivit id tamen; voluitque is, qui haec tenus singulari modo semetipsum Ebrææ gentis præbuerat Regem, injuriam gentem voto suo abundare. Mandavit itaque Samueli, ut Regem suis præficeret & quidem tales, qualem ipsi optabant; s prædiceret autem simul, fore, ut expertarentur tandem, quantum illa divini imperii derrectatio accersitura esset incommodum. Ita vero queritur de suo populo 1. Sam. cap. viii: *Non te abjecerunt sed*

sed me, ne regnem super eos. Juxta omnia opera sua, que fecerunt à die, quā eduxi eos de Egypto, usque ad diem hunc. Sicut dereliquerunt me & servierunt Dīs alienis, sic faciunt etiam tibi.

LII. Quæ sanè verba, non appetat quomodo permittant, mandatum hic intelligi, quod Ebræi de Rege constituendo acceperint. Clarissimi ramen viri Petrus Cunæus & Wilhelmus Schickardus alique existimant, omnino mandatum esse Israëlitis à Deo, ut Regem sibi eligerent, ubi in Palæstina penetrassent. Videntur autem, ut ita docerent, autoritatem observare voluisse plororumque Rabbinorum: qui id per

ne unanimi consensu docent; præente *Gemarâ Sanhedrin.*

*cap. 2 par. 6* præcipue vero Moysis Maimonidæ. Sed Gema-

ræ Thalmudicæ & Moysi quidem illi haud injuriâ opponi pos-

sunt ex Judaica gente nonnulli, quorum verba itidem pro-

ducit Schickardus. Accedit verò illis & Ishacus Abravanel,

inter recentiores Judæorum magistros primæ dignitatis:

ceu ejus sententiam refert Menasseh ben Israël *Conciliat.* pag 225

*initio questionis sexta.* Ipse quoque Menasseh pag 227 fate-

tur, Abravanelis sententiam satis esse consentaneam verbis

Scripturarum. Cæterum sicut illos quos diximus Judæos, ita

multo minus Christianum quempiam, sive Thalmud sive

Thalmudicos adorantium Rabbinorum, autoritas hic movere

debet. Et verò Gemara illa ipsa Sanhedrin liquidò ostendit;

unum eorum magistrorum, R. Josen scilicet, ut ostenderet pri-

mum Dei præceptum fuisse de Rege constituendo, in Exodi

xvii, 16 versiculo exponendo planè delirasse. Tantum igitur

verba Moysis, non Thalmudici Rabbini, et si illum ex suis

plurimos post se relinquere facilè credimus, sed vetustissimi

omnium sacrorum scriptorum & divinissimi vatis expendamus.

Ita autem illa se habent: *Cum ingressus fueris terram illam quam*

*Dominus Deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habite a terra in illa:*

*& dixeris, constituam super me Regem, sicut habent omnes per cir-*

*cum*

*C. I. c. xiv.*

*de Rep.*

*Hebr.*

*Sch. c. 1.*

*theor. 1. p. 6*

*de lute Re-*

*gionis*

*Deut. xv.*

*II.*

cuitum nationes; constitues cum quicunq[ue] Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus. Mandatum in his agnoscit Schickardus, quod utique non sit arbitrarium sed maxime seruum, ideoque verbi reduplicatio inculcatum hoc modo: ponendo pones super te Regem. Cunæt etiam, rationem gentis plausibilem fuisse, ratus videtur, ipsique ergo Deo non improbatam. Per multi mirati sunt, inquit, cur indignè tulerit Deus, summam rei à Samuele ad Regem aliquem transfriri; siquidem illud & probaverat antea, & futurum pro indeole dixerat sacri populi.

LIII. Ut autem quod res est id dicamus, videntur clavisimi illi virti Thalmudis & Rabbinorum, quorum in scriptis volutati plurimum fuere, nimium tribusste autoritati. Enimvero mandatum quidem & nos agnoscimus in verbis Moysis, sed alio longe modo. Advertendum nimurum est, mandatum illud non nisi ex hypothesi esse editum. Nec verò mandat per Moysen Deus absoluè, ut Regem sibi propriè dictum constituant Ebræi, sed potius jubet iplos τὰ παρέγανα σιγησοῦ, quod in vulgaribus etiam politiis virtus maxima est. Diuinum

1.1. Antiq. cap. 8. sanè Moysen etiam Flavius Josephus ita facit loquentem: μή λάβοι πόθῳ ίμας ἀλλὰ πολιτείας, αἴδε τάρτυν, σύργωτ τὸς θύμους ἔχοντες δεσμότας, κατ' αὐτὸς ἵκανον πεδάφοτες. Δέκα γδὲ ὁ Γαϊς ἡγεμὼν ἦν. Hæc quidem optimè. Pergit autem: βασιλεὺς δ' αἱ γῆραις δέσποινος ὑμῖν, οὗτοι μέρος ἡγεμόνων. Attamen si Regis vos cupidoceperit, nemofit, nisi vestrigenerū & sanguinis. Jam tunc supra verbis illa adduximus: ex re ramen esse viderunt, etiam hic illa nonnihil expendere hujus quoque argumenti gratiā. Ita vero omnino est, quomodo hactenus quidem Josephum videamus rem intellexisse. Debebant Israëlitæ σιγησοῦ præsentem statum. Si tamen ipso Regis, qualcm ceteræ habebant gentes, incesseret cupido, (quod forte aliquando utique prævidebat) autoritate Dei quidem permittit Moyses, ut Regem constituant,

ant, qui ramen nequaquam dicitur sit, sed qui ex eadem gente sit cum iplis, quemque præterea Deus ipse commonstrarit. Expendenti profecto divini scriptoris verba hæc, non potest sensus esse non manifestus. Mirum verò, si mandatum de constitutendo Rege absolutum Ebræis fuisset datum, quod illud ex se qui aliquot seculis ausi fuerint neglire, quodq; Gideon, vir sapiens & conscientius divinæ legis, cum ipsi ex gentesu Regnum propriè dictum addicere quidam vellent, conditionem illam accipere recusaverit, suosq; ut Jehovam amplius agnoscerent Regem, commonuerit, Deo nunquam improbante. Non porro reduplicatio verbi, quam Schickardus urget, vim suam amittit, si ita, quomodo ipse, verba Moysis non intelligas. Illius nimirum genuina vis hæc est; ut ne dicitur, consituerent Regem, si Regem constituere vellent: non illa, quam Schickardus existimat verbis inesse; ut nimirum Regem omnino consituerent.

LIV. VENIUM cum Deus annueret, ut Ebræis ex hominibus Rex daretur, mandavit, ut mores, qui in Regnis, vicinarum nimirum gentium, obtrinebant, Israelitarum populo Samuel exponeret; quomodo nempe agere Reges cum subditis, & quam duciter eos habere soleant. Innuere nimirum voluit, regium dominatum, quem petierant, gravem ipsis futurum; specie modò falsos esse; revera autem longe durius illud imperium fore quod optaverant, quam credidissent. Adscribimus quædam verba sacri scriptoris, quibus id inquit: *Nunc ergo vocem eorum audi. Veruntamen contestare eos, & prædic ei jus Regi, qui regnaturus est super eos.* <sup>1. Reg. 8. 11.</sup> *Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum, qui petierat a se Regem, & ait: Hoc erit jus Regi, qui imperaturus est vobis: Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque fibiequites & præcursores quadrigarum suarum &c.* <sup>9. 10. 11. 12.</sup> *Et clamabitis in die illa a facie Regis vestri, quem elegistu vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petiisti vobis Regem.* Sed de jure illo Regis, cuius in his verbis fit

T

men-

mentio, varias observare est doctorum sententias. Cum enim, iniqua videantur esse, quæ adijs Regis pertinere Sanctus Propheta quasi ex divino ore affirmavit, per vocem *jus* intelligent quidam morem sive consuetudinem. Et sancta ipsa vacula Ebreæ, non omnino recusat ita verti, cum & alibi eodem modo fiat. Necessum tamen non est, ut eò deveniamus. At nec de vero jure est intelligenda, hoc est, de facultate honestè aliquid agendi. Longe enim alia vivendi ratio præscribitur Regi in ea parte legis, quæ est de officio Regis. Intelligitur ergo *juris* vocabulo & appellatur id, quod effectum aliquem juris habere debebat, id est, non resistendi obligationem. Ideoq; additur, populum pressum istis injuriis Dei opem imploraturum; quia scilicet humana remedia nulla extarent. Sic ergo hoc *jus* vocatur, quomodo Prætor *jus* reddere dicitur, etiam cum iniquè decernit. Quæ omnia recte in hunc modum Grotius explicavit, ac proinde illum sumus hac parte secuti. Neutquam vero hinc colligere est, quasi omnibus sine discrimine Regibus id agere fas sit, quod hic *juris Regii* esse, dictum à Samuele est. Tantum enim hic sermo fuit Prophetæ de jure Regum apud vicinos Ebreis populos: quibus nempe dominatum satis asperum in suos exercere, juris fuit Regii consuetudinarii: secus quam apud Germanicas aliasq; Europæ gentes olim obtinuit.

LV. CUM autem manifestum sit ex sacro codice, Regem Ebreis à Samuele præfustum esse, Regnorum vero variæ sint differentiæ, videndum nunc erit, quænam species hic obtinuerit. Enimvero Aristoteles *l. 11 Polit. cap. 14* quinq; regnum species observat & recenset. Primam Laconicam appellar, quæ rapte non nisi ducalis potestas bellâ à populis decreti fuit. Akerum genus vocat Barbaricum, eò quod apud Barbaros Graecis dictos in usu fuerit: idq; differre dicit à Tyrannide, eo quod legatum illud & hereditatum sit, tyrannis autem nequaquam aliás verò etiam dominatus dici solet. Tertia Regni species *Aesymnetia* vocata,

vocata est, ob nimicum ad imperium suffragio perveniebat ex, & ad certa quædam negotia confiencia absolutam liberamque gerebat facultatem. Quartus Regni modus est Heroicus, ita dictus, quod Græcorum Heroum tempore, ut est in eorum fabulis, obtinuerit, eumque in volentes, patrum, & legitimum. fuisse, & propter insigne collatum beneficium in meritos delatum. Ultimum genus quod Aristoteles recensuit, est illud, quod propriè sic appellatur, quodq; inter tres rurum publicarum bona, rum simplices formas primam esse voluit. Postò autem sequente capite XV maximus Philosophus ita loquitur: Ferè autem duo sunt regni species, de quibus considerationem facere expedit; una' hec de qua diximus proximè (ὅταν ἡ πόλις κύριος ἐστιν, quando unitis omnium habet potestatem) altera Laconica. Nam aliarum plerique inter has mediae sunt. ἀλλοτότια μὲν τὸ κύρος τῆς πομβαστίαις, πλειονδὲ εἰς τῆς Λακωνικῆς. Pauciorum nimicum potestatem habent quam omnimoda potestas Regia, plurium vero quam Laconica. Sequentे præterea capite XVI, Regem, qui παμβαστίαι obtinet, sive qui omnium habet potestatem, innuit illum esse, qui cuncta ex voluntate suā agit. De Laconico autem Rege sive Regno ita loquitur: Ηλεκτρικός τόπος (secundum legem) dicitur Rex, non facit regia gubernationis speciem: quia in cunctu rei publici fieri potest, ut sit quidam ducendo exercitu, cum civitas bellum gerit, perpetuō praefectus, puta in populari statu & optimatum gubernatione, plures que autoritatem uni committunt belli gerendi. Liquet igitur ex hisce, παμβαστίαι & Regnum Laconicum esse quasi summum & infimum Regnorum gradum, inter quos sint quidam intermedii, τῶνδε ἀνθρώπων, inquit, αἱ πόλαι μετέχου τέτοι εῖσιν. Aliarum plerique inter has mediae sunt.

LVI. Ut nunc autem de Ebræo Regno dicere pergamus, Laconicum illud procul dubio non fuit, cum augustiora longe in illo animadvertere liceat, quam in Laconum Regno, huicque similibus. Num verò inter παμβαστίαι & Laconi-

L. de jure  
 p. & b. c. 1.  
 num. 10. cum Regnum medium fuit? Ita sane censet Grotius. Neque  
 nos ipsi ad stipulari dubitamus. Id tamen ita intelligendum  
 est, quod Ebreum à Laconico longissime, à παρθενεῖαι propius  
 abfuerit. Ubi notandum tamen, παρθενεῖαι propriè esse,  
 quando unus, qui totum populum universe sumptum virtute  
 omni civili exsuperat, imperat ad communem utilitatem: esse  
 vero quædam & herilia unius imperia, quæ cum παρθενεῖαι  
 conveniunt quidem & ἡ διοκεγένεια, aliæ autem multum  
 differunt, & Aristotelis tyrranides audiunt si refragentur legibus  
 & sint in populum invitum. Non itaq; veram censemus παρθε-  
 νεῖαι fuisse Ebræorum hoc regnum, sed potius Regnum ty-  
 rannicum (ex Aristotelis mente accepta voce) sive διοκλεια,  
 quod tamen ad Regni propriè dicti modum quodammodo fue-  
 rit administratum, laudato etiam Aristotelis circa veras tyrran-  
 des more L.5. Polit. c. 10. Nec vero abnuit etiam Grotius. Hi  
 Reges Ebræi inquiens, quin in rebus plerisque summo jure im-  
 peraverint, dubitari nescis arbitror. Rationem additus pergi:  
 Voluerat enim populus Regem, qualem habebant vicini. At Orientis  
 populi additæ regnabantur. Atq; hoc quidem ostendere ille po-  
 tut plurimis veterum testimoniosis. Inter quæ sunt illa, & qui-  
 dem Livii: Syri & Astartici, genera hominum servitutinata; Taciti:  
 Servient Syria Astartique & suetus Regibus orientis; Aristotelis: ἡ  
 τῶν τῶν Αστιν Στρατόν τῶν διωρουλῶν δεχθεῖσσις δυοχεγίνοντες,  
 Astartici dominatum æquo animo ferant: Maronis quoque ista in  
 Georgicis, ubi de apum rege loquitur,

Regem non sic Aegyptus & ingens  
 Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes  
 Observant.

In Aegypto sane jam tum Josephi ætate obtinuisse herile impe-  
 rium & quidem ex lege, indicat liquidò illa frumenti collectio  
 & venditio, in commodum Regis primario non nisi per accidens  
 autem in usum populi, per Josephum instituta: quæ criminis  
 mul-

habuisset multum, nisi jam cum consensu publico dominatus  
valueret. Id meretur attendi, quod nec etiam hodie alia sit regno-  
rum per omnem Asiam & Africam ratio quam herilis.

LVII. Et hanc quidem sententiam suam de regnis  
Asiaticis Aristoteles ibi exposuit, ubi regnum species enar-  
rat. Speciatim vero harum secundam, quam apud Barbaros obti-  
nere dicit, hisce verbis describit: *Eit & alia Monarchia species,* l. iii. Polit.  
*qualia sunt apud quosdam Barbaros regna, vim habentia proximam*  
*Tyrannidi, sicut sunt legitima & secundum morem patria. Ob id enim,*  
*qua magis opta sunt natura ad serviendum nationes Barbarorum*  
*quam Gracorum, & eorum qui incolunt Asiam quam eorum qui Europam,*  
*perseruent servile jugum a quo animo. Et ob hoc tyrannica sunt bujus-*  
*modi regna, sed habent securitatem quia more & legibus consenserunt.*  
De Ebræorum igitur regno, quod in Asia itidem fuit, & quidem  
illorum qui Gracis audiere Barbari, quid judicaturus etiam  
fuisse Philosophus, si illud perspectum habuisset, conjectu-  
ram facere haud est difficile.

LIIX. Fortassis tamen cui videatur, illam potius Regni  
formam apud Istaélitas esse institutam, quæ Aristoteli dicta est  
& rōpus; non scilicet Dominatum, sed Regnum legitimum,  
multis legibus vincita Regiapotestate. Idque eo argumento,  
quandoquidem Deus iussit, ut & Rex futurus omnis cum cura  
observaret Legem per Moysen promulgatam. Non provo-  
cabimus hic ad ea quæ Schickardus ex Maimonide aliisque re-  
sercit; sunt enim si non fabulosa, saltim dubia fidei, imo ab ipsa  
etiam similitudine veri remota: hausta vero haud dubie ex  
Thalmudicis commentariis, partim confita quoque ab illo  
Maimonis filio. At diserta sunt ipsiusmet divinæ Legis  
Deuter. XVII hæc verba, Pagnino interprete. Quum autem se-  
derit Rex super solium Regni sui, scribat sibi iteratam legem hanc  
in libro à conspectu Sacerdotum Levitarum. Eritque apud illum, &  
leget in eo omnibus diebus vita sua, ut discat timere Jehovam Deum

suum, ut custodiat verba Legis hujus, & statuta haec, ut faciat illam  
 Ne elevetur cor ejus supra fratres ipsius, neque declineret a precepto ad  
 dexteram aut ad sinistram, ut prolonget dies in Regno suo ipse & filii  
 ejus in medio Israëli. Neutquam igitur Reges illâ tuisse divi-  
 na solutos lege, manifestum est. Observandum autem est, Le-  
 gem, cuius respectu Regnum aliquod solet & rōmor aut legitimi-  
 num appellari, esse solam positivam legem, in quam Reges  
 à populo admittuntur ad Regiam dignitatem. Omnes vide-  
 licet Reges, quotquot sunt, æternâ Naturæ ut & divina lege  
 tenentur, verum ea parte non sunt obstricti suis populis, neque  
 in illas leges solent accipi. Si contra illas leges deliquerint, Deo  
 peccant, & illius poenit fere reddunt obnoxios. Tum demum  
 autem peccant populo, si non observaverint præscriptias sibi à  
 populo leges. Quod si nullæ tales leges Regibus fuerint datæ,  
 tum vero illi solvi sunt legibus & auctoritatibus, saltim coram  
 populo; neq; tunc Regnum obtinet legitimum sive & rōmor. Jam  
 autem Ebræorum Reges non adacti sunt à populo ad obser-  
 vationem divinæ Legis: nec proinde illi poenis populi fece-  
 runt fere obnoxios Legis istius divinæ transgressione, sed so-  
 lius Dei. Ex adverso solvit illos Legis hujus observatione,  
 saltim civiliter, Jus Regium, in cuius licentiam Regnum Ebræum  
 omne fuit institutum. Disertis enim verbis Ius illud permisit,  
 contra populi quidem vindictam, quam multa & opprimitur repug-  
 nantia Legi divinæ, quam ramen observari etiam Regibus  
 Deus jussit. Enimvero absque fuisse stolida illa populi Re-  
 gum postulatio, juxta mores & jura in vicinis gentibus usitata,  
 crediderim equidem, ut rigidioribus Legibus Reges Ebræorum  
 populo devincirentur, fuisse futurum: cum ipsis autem, etiam  
 monitis, præfracte placuisse Reges habere auctoritatem, acce-  
 perunt etiam illos plane liberos & sui arbitrii, & unius rōmor, adeo-  
 que dominatus. Quod si sane fuissent coacti Reges, & ipsi vivere  
 & populum regere ex præscripto divinæ Legis, ad summam  
 hujus

hujus quidem vita felicitatem populus non multo minus quam  
Rege ipsomet Deo, pervenire potuisset, atque adeo potuisset  
obtineri vera παμβασιτία: plena nimis regnū dυνατη Regum,  
eaq; ad populi prīmō ac per tēse commodum. Sed ipso populo  
volente, in vicem παμβασιτίας exortum est herile imperium,  
& populus infinita liberos Reges comitantia mala inci-  
dit: prout Regum ipsorum aut major aut minor fuit impro-  
biras.

LIX. Rem omnem hanc illustrare insigni aliquo exem-  
pli ex sacra historia non abs re fuerit. Vetus erat divina lege,  
vendere aut alienare prorsus hereditarium agrum. Cum vineam  
igitur ejusmodi sibi acquirere vellet Rex Achabus, merito eam  
negavit Nabothus. Scio esse, qui censeant ab Achabo vineam  
illam petitam duntaxat in annum usque Jubilæum. Verum  
ita Regi potuisset morem gerere, sorte & debuisse, Nabothus.  
At perpetuam possessionem Achabum sibi petiisse, & contra di-  
vinam legem, satis indicat Nabothi responsum: *Abst miki à Jeho-  
va, ut dem hereditatem patrum meorum tibi.* Cum deinde pessimo  
scelere Rex vineam illam occupasset, multis utique modis di-  
vinam legem violavit: & haud dubie in conscientiam vulgi ve-  
nit scelus illud; solus tamen Deus vindictam suscepit: populo  
in Regem ex crimine isthoc nullum fuit jus animadversionis, ex-  
cusante Achabum Jure Regio illo quod legitur versiculo quar-  
todecimo octavi capituli libri primi Regum: *Agros insuper vestros  
& vineas vestras, & oliveta vestra optima accipiet, dabitque servia-  
suss.* Quanquam scelesta arte Jezabelis per calumnias circum-  
vento Nabothō, maluerit Achabus specie aliqua juris vineam  
illam sibi vindicare. Uno verbo: ex eo quod Deus voluerit  
etiam à Rege observari promulgatam Legem, non oportet  
colligere Regnum κτ̄ rēpos, seu quale solet legitimū appellari.

LX. Ceterum Regnum Ebræorum fuisse verè μορ-  
φή imò δεσμόν, confirmante omnia Igit Regū illud, quod  
à Samue.

à Samuele proponitur, 1. Reg. c. IIX. Josephus recte interpretatus hoc ipsum, scripsit Israëlitas fore subditos, instar mancipiorum regiorum. συνελόντα δὲ εἰναι, δηλωσει τοιούτους τοιούτους νομούς, καὶ τοὺς αὐτοὺς δικέτας ἦσαν θραύσματος. Summatim dicens, servietus cum omnibus vestris Regi, ipsorum famulu domesticus facti similes. Et vero passim in sanctis Regum libris Israëlitæ & Judæi omnes audiunt servi Regum. Illud sanctè liquido ex Samuelis isto Regi Jure appetet, nullam potestatem relictam populo fuisse adversus Regum injurias; sed, populum obligatum fuisse ad non resistendum Regibus, ubi jugo regio se semel subdidisset. Sanctè ita etiam evenisse populo illi omni, quemadmodum prædictum fuerat, ex perquam multis sacrae Scripturæ locis appetet. De Manasse memoratur, multum sanguinis innocentium illum profecisse, IV Reg. c. XXI. Vere Tyrannica, per signatas fusa, fuit vox illa Jezabelis ad Achabum Regem: Grandia autoritatis es & benè regū regnum Israēl; quod nimirum poteretur Achabus, negari sibi à Nabotho vincam hereditate licet acquistam. Sed & Urias illud jus regis expersus est, cum marita ipsi eriperetur, & desubmovendo ipso consultaretur. Facti vero pœnitens Rex David ita professus est: Tibi (Deo) soli peccavi. Ad quæ verba notat is quin nomine Ambrosii audit Psalmorum commentator: Rex erat, nullus ipse legibus tenebatur. Quia liberi sunt Reges à vinculis delictorum: negat enim ullis ad pœnam vocantur legibus, tuti imperii potestate. Hominis ergo non peccavit, cui non tenebatur obnoxius. Et Hieronymus epistola ad Rusticum:

<sup>Reg. c.</sup> Rex enim erat: alium non timebat: alium non habebat super se. Roboamum populus ita alloquitur: Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis: Tu itaque nunc imminue. Ex verbis Psalmi XVII, 2. A facie tua iudicium meum egrediatur, probavit ipsemet Rambam, teste Schickardo: quod nulla cressura judicet regem, nisi Deus opt. maximus. Eodem pertinet illud Eccles. IX, 4. Quis dicet Regi, quid faci? Nec vero licet hisce opere

ponere, quod decem tribus desceiverint à Rehabeamo, quasi  
nempe populus ea in re libertate sua suoque jure fuerit usus.  
Reapsé enim peccavit populus in Rehabeatum! Deus autem  
illarum rebellionem quamvis injusam sua auctoritate roboravit  
& adjuvit, in ultionem idolatriæ à Salomene exercitæ. Quod  
ex sacra historia palam est, ac proinde nos seget ulteriore proba-  
tione.

LXI. EST AUTEM Jus Regis, quod populo exposuit  
Samuel i. Reg. IIX, illud ipsum, quod in libro consignasse,  
& coram Domino idem Samuel reposuisse memoratur i. Reg.  
X 5, ut nimis testis aliquando esset illa ipsa scriptio, mala il-  
la, suo jumento, ut cum Comico loquar, sibi attraxisse gentem  
Ebrœam. Nec enim persuaserit nobis Cunæus vel quisquam  
alius, in libto, qui ibi memoratur, consignata fuisse illa, quæ ha-  
bentur Deut. XVII. 16. & seqq. Cumque fuerit constitutus, non mul-  
tiplicabit sibi equos, nec reducat populum in Ægyptum, equitatus nu-  
mero sublevatus, præsertim cum Dominus præcepit vobis, ut nequa-  
quam amplius per eam viam revertamini. Non habebit uxores piuri-  
mat, quæ adlicant animam ejus, neque argenti & auræ immensa pon-  
dera &c. Certe hæc iam antea coram Domino reposita fue-  
rant; tunc nimicum, cum ipsum dicitur regi, cuius illa parti-  
culam constituunt, ad arcem fœderis reponeretur. Taniūm  
igitur inde de promenda erant, quæ ad officium moresque Re-  
gis pertinebant. Quid? quod neque illa, quæ ad mores Re-  
gum formandos conscripta erant, Jus Regi, cui ex adverso  
respondeat cœvium obligatio, commode dici poterant. Est ve-  
ro etiam i. Reg. IIX & X eadem Juris regi appellatio, ut cum  
priore loco illud ipsum recensetur, postiore autem descrip-  
tum & coram Domino repositum memoretur, haud diver-  
sum quid intelligi debeat. Sane nihil omnino prohibet, quo  
minus ita statuamus. Nec enim opinandum est, quoniam  
Jus illud coram Domino repositum memoratur, idem per-

omnia recte se habuisse & Deo probatum. Legimus autem à Samule productum Dei præcepto Ius Regium, & nunc quoque illud in sacris literis reperitur, ac proinde in usum reipublicæ jus

Ivi. Antiq.  
15. μίλλοτα συμβήσθε κανά γεάνας ποντίκιον τον οὐρανόν βασιλεύεις απεργωμένος: ηδη τὸ βασιλεῖον τίθησθε τὸν τοῦ θεοῦ οὐρανόν, ταῦς μεταποντικῆς μαρτύρου, ὃν περιέρχεται.

LXII. VERUM quod antea diximus de Regum Ebræorum plene monarchica imò herili potestate, id patebit etiam amplius, si jura majestatis expenderimus, quomodo se illa Regum ævo habuerint. Sunt autem Majestatis iura nobis hodie cum alia tum præcipue ipsum τὸ κύρον. Cujus quasi partes sunt: potestas ferendarum & abrogandarum legum, ius belli & pacis; appendices, potestas magistratum & judiciorum instituendorum, facultas judicandi tam in publicis quam privatibus reipublicæ negotiis. Hæc enim irum omnia penes Reges Ebræos fuerunt.

LXIII. Ut autem de potestate ferendarum & abrogandarum legum primo dicamus, dubium (sator) cui videri possit, an ea penes Reges Ebræorum fuerit. Ex quinto sanè Mosis cop. XPII intelligimus, qui Ebræorum Rex aliquando futurus esset, illum juberi, divinas leges evolvere, & servare omnia quæ ab ipso Deo sancta ante fuerant. Debuerunt igitur divina seita in Ebræorum republicâ manere rata, etiam tum cum Reges imperarent, neque Regibus illa immutare aut abrogare fuit integrum. Scilicet omnia legis Mosaicæ præcepta vim & conditionem quadam tenus habuerunt juris naturalis: itaque haec tenus sanè non fuit legislatoria potestas arbitrii regii. Ceterum multa non fuerunt liquidi juris, neque omnia legibus divinis fuere definita: illa itaque constituere & abrogare in merâ fuit regiâ facultate, adeoque in his οὐρανοθεσίαι regi fuit integra. Hoc perspicere est ex multis constitutionibus

Davidis

Davidis & Salomonis, allorumque etiam optimorum regum: iisque non profani suntaxat sed etiam sacris. Certe David plurima hujus etiam generis ordinavit: ne quis causetur, ab improbis regibus multa esse facta fecus quam licebat. Quod si porro & constitueret quidquam Rex adversus legem illam divinam, ramen iis quilibet parebant, facti sui rationem reddere non tenebatur: velut si quando inluste jus diceret, ii qui parebant, sententiam latam justè detrectare non poterant, sed obligati erant, ut jam antè diximus, ad non resistendum.

LXIV. Postò quod ad belli gerendi potestatem attinet, penes reges Ebræorum utique etiam illa fuit. De Saulo s. Reg. cap. XIP memoratur: Saul confirmato regno pugnabat per circuitum adversum omnes inimicos ejus, contra Moab, & filios Ammon & Edom & Reges Soba & Philistæos: & quocunque se verteret supererat. De Davide idem narratur, quod expeditionem suscepit cum armata manu, & prædas egerit de variis hostibus. Ita & de potestate diligendi conscribendique militem dubitari non potest, quin penes Reges ea fuerit. Saulus ubi cunque fortem & robustum deprehendebat, eum suæ militie addicebat. Immò ubi adversus Ammonitas bellum gerendum erat, sub pena occisionis & discepcionis jumentorum coegerit militem. Par ratio fuit reliquorum regum. Neque vero legas, Reges in bellum prosecuturos semper ante Deum consuluisse, liceret nec ne: utiq; quod id neglexissent, nusquam à Prophetis reprehenduntur. Fieri autem alterutrum debuisset, si etiam tunc, ut antè, bellum indicere nisi iussu divino, fuisset nefas.

LXV. Magistratus etiam & Iudicia pro arbitrio instituerunt reges Ebræorum. Sane magistratus singularum civitatum mansere etiam regum ævo. At qua ratione & ex quibus institui deberent, penes reges arbitrium fuit. De Josaphato II. Paralip. c. XIX memoratur constituisse ipsum judices terre in cunctis civitatibus Iudæam unitu per singula loca. Ibidem etiam

memoratur, eundem Regem Josaphatum instituisse illo singularum civitatum magistratu aliquem augustiorem ac superiorem. Is autem erat Concilium judicum in saudâ urbe, ad quod referri debebant illa, quæ liquidi iuris non essent, adeo-

<sup>Nam.</sup> 3<sup>o</sup>. que in singulis civitatibus decidi nequierant. Verba sacriscriptoris, quibus isthuc memoratur, jam supra produximus, ubi

<sup>Cap. 17.</sup> de collegio LXX virorum agebamus. De Davide etiam, qui integro seculo ante Josaphatum vixit, memorat *primus Paralipomenon*, ipsum cum ex Levitis plurimos sacro muneri addixisset, ex iisdem etiam non paucos civilibus negotiis expedientis præfecisse, eosque judices constituisse. Ex verbis sacri libri pauca sunt illa: *Isaaritu præerat Chonenias & filius (filii) ejus ad opera forinsecus (externum) super Israël ad docendum & judicandum eos.*

<sup>De Rep. Iusseria</sup> <sup>P. 116.</sup> Opera externa benè notat Bertramus esse illa, que sunt extra sacra illa munera, que in æde Domini seu Tabernaculo sacrificiū faciendis erant necessaria. Ceterum Latina verborum versio fortassis per omnia non satis hic recte habet, & cù melior est versio nostri Germanici interpretis. Sed neque de illa, neque de multis aliis quæ huc omnino pertinent, disquirere fert institutum.

LXVI. *Iudicium itaque Iudiciorum* constituendorum potestatem penes Reges fuisse, palam est. *Vtrum vero ipsi met Regibus fas fuerit judicare*, possit forte dubium videri, idque quoniam Thalmudici magistri hic non nihil turbant. In titulo enim *Sanhedrin* cap. 2. paragr. 2 Mischna citra omnem exceptionem affirmat: *Rex nec iudicat nec judicatur*. In Gemara autem hoc restringitur ad solos Reges Israël. Verba Gemaræ sic Latine vertit Coccejus: *Traditio haec non attinet nisi ad Reges Israël. Nam qui ex familia Davidi sunt iudicant & iudicantur. Q. S. E. Domus Davidi, sic dicit Dominus, exercete quolibet mane ius. Atqui nisi in ius vocari posse, ipse quomodo iudicarent?*

Paulo

Paulò pòst addit *Gemara*: *Reges Israël quare non? Proprius id quod in seruo Ianni Regù accidit.* Cumque subiunxisset historiam, tandem ita finis: *Ea tempestate factum est Decretam; Rex nec judicet nec judicetur, nec testimonium dicat, neque in ipsam dicatur.* Sed hæc quidem omnia mera sunt deliria. Jannæus scilicet Rex is est, qui alias Alexander audivit, Joannis Hyrcani Ethnarchæ Hasmonæi filius, Aristobuli qui primus ejus familiæ diadema assumpsit & frater & successor. Si tunc demum itaq; decretum factum est illud: *Rex nec judicet nec judicetur: quomodo hoc pertinuit ad Reges Israël, príceps illos, qui regnaverunt à Jeroboamo usq; ad Assyriacam deduictionem?* Quomodo ex eo potest probari, quid juris illi Reges habuerint aut non habuerint? Sed & historiola illare vera mendax fabula est. Nec vero Josephustam memorabile quid siluisset; in ipso nempe judicandi actu assestiores judicij ab Gabriele angelo ita suisse officios, ut omnes animam efflarent. Ita quoque Josephus narravit ingenuum & facta illius Regis, ut non possit vel simile vero videri, Regem Iannæum testimonii dicendi causa in Judicio voluisse comparere; utpote qui sacerditer in Judæos minus reverentes Regis auctoritatis, ejusque tuendæ gratia pene quinquaginta millia eorum trucidaverit. Ineprissima præterea est probario, quā usus est in *Gemarā* Rabbi Joseph: non potuisse Davidicæ familiz Reges judicare, nisi etiam ipsi suissent judicio subjecti. Ab omnium rerum publicarum institutis enim hoc quidem alienissimum est. At verò plurima reperiuntur in sacris Regum cum Saulis & Davidicæ posteritatis, tum Jeroboami ejusque successorum historiis, exempla Judiciorum, quamvis capitulum, ab ipsissimis Regibus exercitorum; ut ad Thalqūdica testimonia aut dicta non necessum sit consurgere. Igitur hoc quidem Regium jus etiam est liquidum.

LXVII. Prius autē quam hunc locum de Regum Ebræorum potestate deseramus, non absire fuerit aliquid expendere, quod

in sacra historia Regum tribus Judæ nonnullorum memoratur. Secundo nimirum Paralipomenon c. xxii. 3. de Josaphato interprete Pagnino legitur. Dederat autem eis (sex filiis natu minoribus) pater eorum dona multa argenti & auri & rerum pretiosarum, cum urbibus munitis in Iehuda: regnum autem dederat Ieboram, quod ille esset primogenitus. Hoc quidem factum indicat, à Josaphato, pio quantumvis Rege, ita exercitam fuisse Regiam vim, quasi in patrimonio Regio fuerit Judæa omnis collocata. At vero cap. XXX 6. narratur, cum placuisset, ad celebrandum Pascha non tantum Regni Judæ subditos, sed etiam decem aliarum tribuum populates invitare, missas esse epistolæ de manu Regis & principum ejus. versic. 12. scribitur: In Iebudah quoque fuit manus Dei, ut dare eis cor unum; ad faciendum præceptum Regis & Principum, juxta verbum Iehova. Hoc enim possit videri indicare, quod non penes Regem Ezechiam solum fuerit tunc summa potestas, sed in partem illius juris etiam Principes fuerint admissi. Ceterum non licet hoc certò hinc colligere. Potius enim Principum quoq; nomine literæ illæ fuerunt scriptæ, quo persuaderetur omni populo, ad insolens illud Paschæ celebrandæ institutum, probe deliberatum consilium Principum quoq; populi accessisse, non autem ab unius Regis præcipite quodam nutu ita mandatum esse. Sunt porro, interq; eos ipse Grotius l.2. de Iure Belli ac Sac. cap. 3. qui illud, quodde Zedekia Jehudæ Regum postremo legitur Jeremie XXXIX: respondisse illum proceribus, depositentibus à Rege Jeremiam ad mortem: ecce in potestate vestra est, nam contra vos Rex nihil potest: qui inquam hoc accipiunt, tanquam signum limitata & communie caræ ex parte proceribus Regiæ potestatis. Verum enimvero altiore tunc animo fuisse illos principes quam admittitraliæ Regium fastigiū, & Zedekiam illis fuisse quadam tenus obnoxium, liquet hinc fortassis: non liquet autem, juri hoc fuisse contentaneum. Sæpenumero enim & exsos esse Reges à conjuratis,

docent

doceat nos sacræ historiæ. Fas autem hoc fuisse, neutquam exinde colligere id licet. Alia addere nec fert institutum nec operæ fuerit pretium.

LXIX. SUMMA autem Regum potestate satis evicta, addemus nunc nonnihil etiam de eo, quæ ratione Reges Ebræorum ad Regiam dignitatem olim electi fuerint. Quamvis verò vulgo existimetur, totum illud in hac gente habuisse sese omni ex parte ad eum modum qui in aliis populis obtinuit, nempe ut Rex fuerit volelectione populari constitutus vel ad eam dignitatem hereditario jure pervenerit: non videtur tamen id vero esse *ἀνθρώπος* consentaneum, sed saltim interdum ad Regum constitutionem fuisse necessarium consensum ipsiusmet Dei apertum. Enimvero primum sanè regem non licuisse populo sibi pro arbitrio sumere, manifestum est ex ipsa lege divina Deuteromii xviii. 15: *Eum constitues quem Dominus Deus tuus elegit de numero fratrum tuorum.* Hinc etiam populus regem sibi à Samuele, Prophetâ nimis & Legato Dei, constitui petuit <sup>i.</sup> Reg. viii. 5. non autem suo aliquem arbitrio constituit. Samuelis Saulem in Regem inungentis verba fuerunt: *Ecce unxit te Dominus super hereditatem tuam in principem.* Sors quoque quā Saul electus fuit Rex, coram Domino scribitur missa: & Samuel deinde ita allocutus est populum: *Videtis quem elegit Dominus.* Similiter signatim Davidem Deus jussit in regem ungi, projecto Saulo ejusque familia: sed & ejus posteritati regiam dignitatem promisit. Salomon quoque, ex omni fratrum numero, non tam Davidis quam Dei singulari nutu ad regnum liquet pervenisse. Huc enim vindicentur spectare illa Davidis ad populum verba: *De filiis meis (filios enim mihi multos dedit Dominus) elegit Salomonem filium meum, ut federet in throno regni Domini Israël.* Item: *Salomonem filium meum unum elegit Dominus, adhuc puerum & tenellum.* Quemadmodum regnum Deo volente fuerit divisum, & decem tribus Jero-

<sup>i.</sup> Reg. x.

<sup>i.</sup> Psal.

<sup>xix. 5.</sup>

<sup>& xxviii. 5.</sup>

Jeroboamodat<sup>r</sup>, palam est ex III. Reg. c. XI. Alias idem obser-vatum, vel certè debuisse observari, fortassis est verosimile. Nec verò alia videtur esse caussa, quorū Reges p̄sūm audiant Christi vel uncti Domini. Certo tamen afferi id non potest. Vo-luisse sane ipsūm Deum, jamante exortos Reges, Rēgnūm hāreditatiūm esse debere, indicant verba illa Deuton. XVII. 20. Ut prōlonget dies in regno suo, ipse & filii eis in medio Israēl. Cuto populus porro petierit Regem sibi dari ad motem aliarum gentium, uique eo ipso iudicem successiōnēm voluit heredi-tariam; illa enim obtinebat tunē p̄sūm gentium. Huc per-tinet, quod Josaphatus legitur instituisse Regem sūlūm Joramum, eo quod primogenitus esset p̄ sex fratribus. Fuit porro hāc ratio succedendi dūtacat Regum Jehudæ: qui de-cem tribubus imperarunt, non omnes eodem modo ad Regiam dignitatem pervenerunt.

LXIX. Non negamus quidem populum Ebræum interdum, Deo inconsulto, imò contraria lēgi institutum, nonnullis regiam dignitatē contulisse: verū ex eo non est ciuit, idem fuisse popularis juris. Ita Abner Saūlo defuncto filium ejus Is-boethū constituit regem, & tamen eum non ignorasse, quod aliud placuissest Deo, manifestum est ex ejus verbis 2. Reg. 11. 9: Hac faciat Dēus Abner & bāc addat ei, nisi quomodo juravit Dōminus David, sic faciam cum eo, ut transferatur regnum de domo Saul: & elevetur thronus David super Israēl & super Iudam, usque Bersale. Similiter Seniores tribuum decem Istaēlis defuncto Isboethō demum dixerunt Davidi: Ecce nos os tuum & caro tua sumus: sed & heri & iudius tertius, cum esset Saul rex super nos, tu eras educens & reducens Israēl: dixit autem Dōminus ad te: Tu p̄fces populum m̄cum Israēl, & tu eris dux super Israēl. Hisce autem verbis re-verā semetip̄sos gravissime accusarunt. Nec verò pēns pō-nulūm ius fuit constituendi quem vellent, p̄sūtē si Deus jam alium fecisset in Regem ungī. Sed & regum constitutio illa

a Reg. 11.

b. &amp; c.

illa quæ populo in sacrâ historiâ adscribitur, plerumque non tamen sicut electio, quam præstatio homagii, ut verbis nostri ævi utamur. Verum & de hoc argumento pro institutitione satis.

LXX. QUÆCUNQUE autem de Regum Ebræorum potestate dicta nobis sunt, ea valde elevabuntur, si vera sunt, quæ sive de Synedrii magni potestate, sive de Regibus ipsis, prodiderunt sequioris ævi Judæi Thalmudici. Ut enim Synedrii potestatem primò videamus, jam tum supra comitate xxxvi auditus quidem de illa est Rabbinorum doctrinam summatis promens Schickardus, ex re fuerit tamen, ipsum Thalmud quoque audire. Ita vero in Tit. Sankedrin cap. i. pars legitur interprete Joanne Coch sive Coccejo. Tribus, Pseudo. propheta, sacerdos magnus, non nisi à LXXI Iudicum confessu judicantur. Bellum arbitriatum non nisi ex illorum auctoritate suscipitur. Urbs atriumve non nisi bis jubentibus amplificatur. Synedriatribum non nisi horum nata instituantur. In nullam urbem sententia universalis apostasia fertur nisi ab hoc Iudicum collegio. Nulla Urbs ob universalem idolatriam plebitur si in limitibus sua sit. Si hæc vera sunt, atque adeo si tam ampla fuit Synedrii magni potestas, idque fuerit in usu florentibus Regum rebus, non ea obtinuit Regni ratio quam nos definivimus, sed alia longe restrixiore auctoritate. Id sane necessariò sequitur, ut alia nunc racemamus, saltin ex eo quod Bellum arbitriatum non nisi ex Synedrii auctoritate potuerit suscipi. Arbitrii autem nomine intelligimus illud, quod non à Deo fuit imperatum. Judicandi quoque summa potestas desuerit Regibus Ebræorum, si potissima negotia ad solum Synedrium pertinuerunt. Et tamen Jurisdic̄io non levis est Summæ civilis potestatis portio. Quod si denique & Synedria tribuum constituere fuerit juris Synedrii hujus magni, ne magistratum quidem constitutio omnis in Regum fuisse potestate collocata. Verum enim vero jam tum liquidum fecimus ex ipso sacro codice, Regem illæc-

omnia potuisse, quæ Thalmudistæ Synedrio magno vendicant: itaque non est quod nos ~~admodum~~ illa hicturbet. Notum quoque est, *III Reg. 6. 11* Abjatharum Summum Sacerdotem ab ipso Salomone Rege Pontificatu exutum esse, non per Synedrii sententiam: quod iudicium tamen Thalmud attribuit soli Synedrio. De Prophetis porro multi Regum judicarunt: sive quidem inique, non ob id tamen à Deo increpati velut alieni juris invasores. In universum, illius Synedrio à Thalmudicis attributæ potestatis, in omni Regum historia sacra, nec vola ne vestigium reperitur, ut proinde saltim tunc temporis illa non fuerit in ullo usu.

LXXI. Imo vero ( licet enim hoc nunc addere) ne quidem in historia eorum quæ post solutam Captivitatem acciderunt, sive sacra, sive ea quam Josephus conscripsit, tantæ à Synedrio auctoritatis exercitæ licet ullum vel minimum reperi exemplum. Ex adverso narrat Josephus *I. 13. c. 18 Antiqu. Joannem Hyrcanum*, non impium utique Ethnarcham, arrogans Pharisæorum decreta, eorumque observatores penitaffecisse. Ex eodem Josepho constat, Alexandrum Regem morti propinquum uxori Alexandræ arbitrium fecisse constitueri ex filiis quem vellet Pontificem, illam vero Summum Sacerdotium contulisse Hyrcano: hunc Pontificatum ereptum à fratre Aristobulo & sibi vindicatum ad aliquot annos: ab Herode quoque jam facto Rege creatos Pontifices, nec amplius ex Hasmonæo genere, sed ex sacerdotali quidem tribu, obscuros tamen quosque pro libitu homines: Herodis denique exemplum secutos, primo filium Archelaum, & tandem Romanos. Quæ omnia liquido ostendunt; ne isthac quidem tempestate Synedrio competuisse Jus de Summis Sacerdotibus decernendi. *Libro* quidem *XIV cap. 17.* narrat Josephus nonnulla, de Herode Antipatri filio Galilææ tum præfecto: hunc coram Synedrio causam dicere coactum. Euit vero ille tantum ex. dis;

dis reus. Atque ita ex ista Josephi narratone hoc duntaxat colligere est, Synedrio tunc fuisse jus ordinarium magistratus, sententiam de cæde dicendi. Addit verò etiam itidem Josephus, omnes Synedrii illos judices ab Herode jam Rege, excepto uno, fuisse interemptos. Præterautem hoc unum nihil omnino habet Josephus, unde auctoritatem Synedrii vel illa Hasmoniorum ætate respice multum usitatam fuisse, possit patere.

LXXII. Verum hæc quæ ultimo loco diximus, ad statum reipublicæ Judaicæ, qualis ille fuit sub Regibus ante Babyloniam captivitatem, non pertinent. Ut redeamus igitur ad illa Captivitate priora tempora, iam tum ex ipsomet Josepho demonstravimus, omni illo à Saule monarcha usque ad Captivitatem Babyloniam longo temporum intervallo, vere Regium statum obtinuisse, non autem penes Synedrium aliquod fuisse summæ regiminis partem. Quæcunque igitur jaicitant Thalmudici magistri, & eorum hac in parte seculatores, de ampli illius Synedralis potestatis à Mose usque continuata perpetuitate, si quod res est licet lalva doctissimorum aliquot virorum auctoritate profiteri, fabulosa sunt universa. Meretur vero etiam hic attendi, quod illa Thalmudica doctrina non reperiatur in Josephi libris: cum tamen ille à Pharisaismo sui temporis non fuerit alienus. Etenim audivimus quidem illum jam tum supra th. XLIII, narrantem, tanquam à Moysè sic mandatum, ut Rex aliquando futurus nibil agat præter sententiam Summi Sacerdotus & Senatorum, quod si etiam Rex exorbitet, coercendum illum esse, ideoque etiam tunc de Synedrii in regenda republica auctoritate, deque ejus jure in temperanda potestate Regia, aliquid fuisse jaicitatum: multum tamen illa omnia mitiora sunt Thalmudicis placitis. Estque proinde haud vero absimile, post excidium Romanum nata demum illæc in Regii regiminis eversionem excogitata dogma. Quamparum vero licet fidere Thalmudicis de Synedrio

narrationibus, vel illud nos doceat, quod in nobis ipso cap. i. San-  
hedrin parag. 6 legatur; alios quidem docuisse, Synedrium illud  
magnum habuisse septuaginta unum judices illudque probasse  
non nisi ex Num. XI, 16, Rabbi Jehudam tamen perhibuisse,  
tantum septuaginta illi judicio interfuisse. Quoniam vero ne-  
quidem de numero Synedralium judicum Thalmudici inter-  
fesse fuerunt certi, palam utique vel ex hoc uno est, Thalmudi-  
cis de Synedrio narrationibus haudtuto posse credi.

LXXIII. Haud negaverim tamen, ad Synedrium forte tra-  
hendum esse, id quod habet Josephus I. 20 Αρχαυλογίας fine capitulū  
otavi. μετὰ δὲ τῶν τέτοιων πλεόντων, Αρχαιοράτια μὲν ἡ πολιτεῖα, τοῦ δὲ  
περισσοτέρου ἔθνους οἱ Αρχαιοτέρι ποιηταίσι. Loquitur scilicet Jose-  
phus de eo, quid obtinuerit post Archelaum, cum iam Roma-  
ni imperarent Judæis. Nempe tunc temporis rempublicam  
factam fuisse aristocraticam, hoc est Summam potestatem venis-  
se ad optimates, præsidentibus tamen Pontificibus. Optimatum,  
autem nomine audiisse hic Josepho Synedrales proceres, per-  
fane est verosimile: quod jam tum diximus. Et vero Romanis re-  
rum potentibus, eorum paucis, quæ gubernanda Judæis ipsiſ.  
fuerunt reliqua, regimen penes Synedrium fuisse & Pontifices;  
etiam ex Evangelica historia haud obscurum est. Ex ipso au-  
tem illo Josephi de Pontificibus sermone, unde alia isthac ad-  
duximus, manifestum est, durante & Hasmonæorum & Herodii  
Principatu, non fuisse Synedrii aliquam in regenda re-  
publica facultatem: non certe ejus uno meminit verbulo Jose-  
phus vel ibi vel alibi. Quinimo in illa de Pontificibus nar-  
ratione, cum retulisset, quemadmodum habuerit sese à soluta  
Captivitate Pontificum usq; ad Antiochum Eupatorem succe-  
sio, diserte scribit: quindecim Pontifices per annos trecentos  
tredecim administrasse gentis suæ rempublicam. Δημοκρατίας.  
Quod verbum palam utique facit, ad illam usque tempestatem  
& Captivitate soluta, non penes Optimates Synedrales sed  
Pontifices.

Pontificem & Populum universum fuisse rempublicam: quantum scilicet ejus sub Persarum & Macedonum summo imperio fuerat reliquum. Adduximus quidem nos *Thesi quadragesima quarta ejusdem Josephi verba ex undecimo Αρχανθειας libro*, ubi scribitur, eos qui Babylone redierant usos fuisse regimine aristocratico cum oligarchia mixto. Sed haec intelligi nequeunt: non enim solet vera aristocratis misceri cum vera oligarchia. Ea porrò statim subjungitur ratio pronunciati illius, ut longe minus appareat quænam ibi fuerit mens Flavii: hisce nimis verbis: *Pontifices enim præsuerunt rebus, donec Hasmonai posterius regnare concessum est.* Quod vero Pontifices præsuerint rebus, id neque aristocraticum neque oligarchicum quid sapit, multò minus aliquid ex utroque missum. Ut proinde locus ille omnino sit madosus. Quæ sane sub finem Αρχανθειας proposita sunt, in iis demum Josepham quietuisse verosimile est.

LXXIV. Pergendum nobis nunc est etiam ad aliud aliquid Rabbinorum assertum de Regibus ipsiismet, idque per quam auctorati Regis contumeliosum. Tradunt nempe illi magistri, Reges veterum Ebraeorum, quia ipsi judicari intjudicari etiam solitos, immo vapulationi fuisse obnoxios. Afferuerat hoc ex Rabbinorum fide Cæsar Baronius in *Annalibus Ecclesiasticis*. Contra ipsum autem Casaubonus negavit, Rabbinos id prodidisse. Verum Wilhelmus Schickardus Casaubonum ~~negavit~~ in eo convicit: & sane liquidò Rabbinorum testimoniis probavit, fuisse reges Ebraeorum vapulationi obnoxios. Neq; dissentit Grotius, *Video*, inquit, *consentire Hebreos: Regi in De jure p. eas leges que de officio regi scripta exstabant, inficta verbera. Sed & b.l.i.e.3.. ea apud illos infamia carebant, & à rege in signum pénitentia sponte suscipiebantur: ideoque non à licetore, sed ab eo quem legisset ipse, cadebatur & suo arbitrio verberibus statuebat modum.* Ita illi.

LXXV. Nos vero facile credimus Schickardis, Grotiis,

aliisque, tradi à Rabbinis, regem Ebraeorum plagiis fuisse obnoxium. An autem res ita omnino se habuerit, quomodo Rabbini prodiderunt, id vero propter illorum assertiones non est certum, imo ne quidem habet veri speciem. Accedit, quod ejus nullum exemplum in sacra pariter & profana, quæ quidem fide sit digna, Ebraicarum rerum historia reperiatur; et si frequentissime legere sit, Reges exorbitasse. Verosimile potius est, opinionem etiam hanc natam fuisse ex illâ de amplissimâ potestate Synedrii Pharisæica persuasione, atque pertinace Pharisæorum Synedrale vim extollendi studio. Quo pravo affectu laboraverunt sanè olim Pharisæi omnes, Regis monachiz acerrimi hostes: qui proinde hanc scabiem etiam Josepho ipsi quodammodo affricuerunt. Cum autem Thalmudica tantum non omnia ex Pharisæorum scholis prodierint, & hos & qui Thalmud lectati haec tenus sunt Rabbinos, indigna de Regum auctoritate docuisse, non est quod miremur. Quæ Grotius potro adfert, sunt quidem illa ingeniose excogitata in id ut si dem aliquam inveniant Thalmudica isthæc; haec tenus tamen nemo ex ipso Thalmude produxit talia, ac proinde merx sunt virti maximi, sed nimium Thalmudicis traditionibus addicti, hariolationes.

LXXVI. Utigitur quod res est dicamus iterum: Rabbinis haud temere credendum in illis est, quæ ab ipsorum auctoritate remota fuere, multò minus in iis quæ faciunt ad Pharisæorum placita. Fingunt videlicet ipsi & conjecturâ alsequi continentur talia, quæ multisante ipsos seculis obtinuerunt, figuraeque sua ventilare ipsis volupte est. Cum vero erroribus & falsis commemorationibus in ipsorum scriptis nihil sit frequentius, in iis etiam, quæ de Regum vapulatione prodiderunt, fidem ipsis derogare non dubitamus. Präixerunt vero hic exemplo suo ipsi Rabbinorum laudatores. Casaubonus Exercit. 1. ad Apparat: *Rabbinis in historiâ etiam sacrâ (nam in o-*

in omnibus aliis talpi ut plurimum cæciores sunt) quam parum fidei sit tribuendum, ignorat eruditiorum nemo. Idem Exerc. 16. n 15. Rabbinus, ubi de lingua Hebraica agitur & vocis alicuius proprietate, vel aliquo Thalmudu insituto, à Christianis tribuatur non parum: ubi verba à verbu venit ad res, aut ad historiam, vel rerum antiquarum veteris populi explicationem, nisi falli & decipi volumus, nihil admidum est illi fidei habendum. Jos. Scaliger. l. 7. emendat. temp. de computo Judaico agens scribit: eos consueto videri ignorantem bonarum rerum profiteri. Cunæus l. 1. cap. 24 narrato Rabbini-  
rum commento de oleo quo inuncti sunt reges Israëlis, subjun-  
git: Sed ipsi addunt id modo, sic traditum à sapientibus esse: ut iam  
non magnopere laboremus quam hoc verum sit. Alibi scribit: unum  
in suâ gente Maimoniden recte intellexisse, quid hoc sit non ineptum:  
& tamen etiam ille Moyses omnia penè sua videtur vel ex-  
Thalmude transcripsisse vel propriis hariolationibus effinxisse.  
Verum hæc obiter.

LXXVII. Illud tamen videri possit forte, quibusdam Re-  
gibus ut pœnam fuisse irrogatum, quod extra Regum sepulchra-  
ipsorum cadavera sepulta fuerint. Secundum nimurum Paralip. c. XXIV.  
& XXVIII narratur, Joasi arq; Achasi defunctorum cadavera  
non fuisse illata Regum sepulcris. At necesse non est in pœ-  
nam humanam id fuisse factum, multo minus magni Synedrii  
aut populi aliquo jussu, sed quod divinitus impedimentum ali-  
quod intervenierit, quod minus rite potuerint excœli-  
brari. Enimvero non semel in Sacris literis legere est, qui-  
busdam ut pœnam denunciari: fore, ut ipsorum corpora in  
sepultra majorum non inferantur. Inter alios prophetæ,  
quem ad Jeroboam Regem Deus miserat, id denunciatur  
III. Reg. c. XLI. Velut fato igitur evenire hoc necessum  
fuit, quod divinæ prædictioni sua constaret fides. Verunta-  
men Reges quorum cadavera in regia sepultra non fuere il-  
lata, in loco regibus non indigne fuisse sepultos, haud nega-  
yent.

verit quispiam. Et verosimile id fore eo, quod licet lezabellis cadaver secundum vaticinium Prophetarum à canibus discerptum esset, ut tamen reliquias ejus sepelirentur, ideo quod regio sanguine nata ipsa esset, Jehu Rex novus jussicerit. Quicquid hujus sit, quod regum quorundam cadavera in sepulchra regia non fuerint illata, id ipsis in fennam ab ipsomet Deo potius, quam ab hominibus irrogatum fuisse, credendum est.

LXXXIX. Posset in testimonium hujus rei, quod nempe singulari divina vindicta etiam in corpora impiorum Regum divinitus sit animadversum, adduci hue, & quidem jure optimo, quod de calvaria Jehojakimi Regis Judæ narratur *capitulo XI* sive *Chelet Tituli Sanhedrin*, in Gemara; sed narratio videtur fabulosa, saltim non tuto admitti potest, quia provenit ex officina figmentorum: ideoque legat illam suo loco, cui videbitur. Et vero Gemaram integrum in vernacula nostram linguam vertit Christianus Gerson, ex docto Rabbino plus factus Christianus. Habetur autem eadem historiola etiam in Excerptis Gemaræ capitis noni Sanhedrin §. iv editio-  
nis Cocejanæ pag. 296.

LXXIX. CETERUM eorum quæ ad argumentum, quod haecen- tra traximus, pertinent, superare scimus non pauca. At si singula perseQUI decretum nunc esset, fore prævide mus, ut ea nequaquam capiat harum pagellarum modus. De toto autem argumen-to, (quod sanè luculentum est) pleniùs, pressius ac elegantiū ager, ubi otium fuerit, ipse Vir Amplissimus, qui levidensia ista patrocinio suo haud est dignatus. Quod cum sciremus nos, etiam illo nomine multa prætermis- simus consultò, quæ dici poterant prolixius. Quod igi- tur superest, petimus τοις ἀρχαὶ λεπτόμενοις  
συγγράμμα.

DOCTIS-

DOCTISSIMO JUVENI  
MARTINO MULLERO  
Hamburgensi,

DE REPUBLICA EBRÆORVM  
differenti.

**H**Ebræi Leges populi, MULLERE; quis olim  
Tam sanctis fuerit civibus ordo, refers.

Cernite mortales. Non scripsit talia Minos:

Non fallax nobis Iuppiter ista tulit.

Non hic Spartanis sanctis decreta Lycurgus,

Non hic legiseri jussa Solonis habes.

Quid? nec Aristocles felicem somniat Urbem;

Aut alius Lucumō plurima ficta canit.

Major adest author. Regnum Deus ipse gubernat:

Ipse sacras Leges & pia jura docet.

Ipse suos cives defendit, & omnia curat:

Omnia, quies fieri vita beata potest.

Felicem populum, qui non scelerata Tyranni

Imperia, aut stulti Principis arma timet!

Felicem populum! Subfici quisque vidente,

Et sub vite suâ gaudia tutus agit.

At tibi non vanâ de vincitus compede Pontus,

Non tibi per fossus commemoratur Athos.

Non hic per domitus Ganges, non maret Araxes,

Et quicquid rediens Cynthius afflat equis.

I

Non

Non actos toto videoas ex orbe triumphos:

Non tot crudeli raptæ tropæa manu.

Non hic navalii surgunt ex ære columnæ:

Non hic terrarum prædæ reposa jacet.

Non teæta æthereis radiant minitantia templis:

Non semper strepitu plena theatra sonant.

Non vecors dormit Sarrano civis in ostro,

Aut hominum post se millia multa trahit.

Non huc ex omni contendunt carbasa portu.

Non auri montes possidet unus homo.

Quid verò? non hac luxus documenta superbi,

Non sanctos cives hac, o amice, decent.

Materiem scelerum tantorum, & sæva nocendi;

Instrumenta suis noluit esse D E V S,

O lacte & mellis succo manantiarura!

O pecora, o castas & sine lite domus!

O nemora, o vites! quid verò cetera dicam?

Exhibit innocuas angulus omnis opes.

O verè sacras Leges! o Numinis aras!

O salve nimium gens adamata D E O!

Regna alia, & Reges valeant, MULLERE; loquamus

Quenam R̄es fuerit publica Rege D E O.

Humanis quantum præstant divina repertis,

Tantum præ reliquis eminet iste labor.

Amico suavissimo

L. M. Q.

Mich. Kirstenius.

HER-

HERMANNI CONRINGII

DE INITIO ANNI SABBA-  
TICI ET TEMPORE MESSIS  
EBRÆORVM

Commentariolus.

DE INITIO ANNI SABBATICI  
ET TEMPORE MESSIS  
EBRAEORUM.

**G**Egis verba usque sunt adeo perspicua, ut vix occuriat quod difficultates habere explicatus possit. Quoniam tamen queat videri nonnihil superesse quod sensum faciat dubium, illud explicabimus.

I. Et verò circa annum Sabbaticum duo statim veniunt enodanda. Alterum est, num ipse ille annus, quo populus Palæstinam occupavit, fuerit Sabbaticus, an demum septimus qui successit. Dixerit sane quis, prius significari illis verbis commentatis secundi: *Quoniam ingressi fueritis terram quam ego do vobis, tunc sabbatizabit terra sabbatum Iehovae.* Verum enimvero hoc sensu non septimus sed primus annus fuit Sabbaticus: id quod disertè repugnat legi. Non enim proventus illius anni primi potuerunt in illum usum cedere quem Sabbatici anni institutio habuit propositum, quia bellum omnia haud dubie absumpit, & non induxit Israëlitici populi sed Cananæo-omnis annona debebatur. Igitur vocula *tunc* referenda est ad rum totam hebdomadem primam annorum, quorum ultimus debet esse Sabbaticus.

II. Alterum majoris est momenti. Fuit scilicet duplex anni ratio apud Israëlitas, ac proinde duplex anni initium. Annus nempe vulgaris aut civilis primum mensem numeravit Tifri Chaldaicē d. stūm, qui fere nostro par est Septembri. Fuit porro & Sacer Annus, cujus initium erat mensis Nisan, qui fere coincidit cum nostro Martio. De hoc enim mense disertis verbis ita sanctum est à Deo Exodi xii, 2: *Mensis iste vobis erit caput mensium; primus erit in mensibus anni.* Jam verò plerique

que doctorum mensem Tisri, ut anno Jubileo ita & Sabbatico, initium praevisse statuunt. Sunt tamen etiam, qui Sabbatici principium fuisse mensem Nisan arbitrentur.

1.

Illam verò priorem communem sententiam alterà veriorē esse, ostendit saltim verosimiliter, primum traditio constans Judæorum, & quidem ipsorum Thalmudicorum. Ex ipso enim Thalmudis tractatu *De Principio anni sive Rosh hašanah cap. 1.* Joannes Buxtorfius *Synagogæ Iudaicae cap. XII* hæc verba adducit: *Quatuor sunt anni principia. Prima die mensis Nisan est novus annus Regum & Festerum. Primo die Elul, novus est annus pecori decimandi. Primo die Tisri novus est annus annorum: anni nempe Dimissionis, Jubilai, Plantationis omnium arborum & herbarum. Primo die Schabbat novus est annus arborum. Jam vero tempus Dimissionis, ut recte interpretatur Buxtorfius, est anni quieti, qui sepius erat annus, quo agri & vineæ Ebraeorum quiescebant.* Potuit vero ad Thalmudicos pervenire incorrupta fide ista: quidem traditio, quoniam Sabbatismus annorum fuit etiam post solutam captivitatem Babyloniam semper usque ad Romanum reipublicæ excidium observatus. Ceu liquet cùm ex l. i Macab. c. VI 19. tum ex iis quæ narrat Josephus LIX ἀρχαιολογιας capitulū octavi fine, de remissione tributorum septimi cujusque anni, ab Alexandro Magno per Jaddum impetrata Judæis, sed Samaritanis negata. Ut & ex l. XIII 6, nec non cap. 28. l. XIV: ubi, ab Herode captam urbem anno Sabbatico, refert. Ideoq; hac fiducia fortassis prorupit l. r. c. 6 de republ. Ebraorum Cunæus in illa verba: *Illiud certissimum est, Hebreos semper non Jubilaum modò, sed etiam septimum quemque Sabbaticum annum à Tisri numerasse: qui anni sacri erat mensis septimus, plane ut septeni omnes Jubilaque iudem mensibus inchoati finitique sunt.* Italoqui non dubitavit Cunæus. Ne quid dissimilem tamen, Thalmudicæ narrationes non sunt apicè fidem dubio carentem efficere, sed duntaxat verisimilem: nec quidem id semper, propter admistas fabulas imo mendacia.

II. Idem Secundo, & quidem longe firmius, ratiocinatione posse intelligi, ex ipsa Lege divina: et si mibi quidem haec tenus occurrerit nemo, qui aperte id docuerit. Quoniam nimis haud fuit veritum, anno sexto serere, hinc liquidum videtur, etiam in autumno illius anni sexti, nisi a Tisci menses numeraveris, sationem esse institutam, prout passim terrarum solet fieri. Iam vero mense Nisan saltim nondum fuit peracta integra messis satarum autumnae frugum: & tamen prohibuit Lex anno sabbatico etiam messem omnem, utpote quum toto isthac anno debuerit ager quiescere. Si Nisan igitur fuisset primus anni, Sabbatici mensis, non potuissent meti fruges sationis anni sexti, sed debuerint perire. Id quod & creditu & dictu est absurdum: non enim iam ante mensem Nisan fuit vel incepta messis.

VIDETUR non invitare duntaxat sed propemodum jubere hic locus, majore aliqua cura de TEMPORE MESSIS EBRÆORVM agere: Itaque digrediemur nonnihil in campum illum: praetertim quia a viris multò doctissimis fortassis hic graviter est erratum. Igitur nonnulli haud dubitant, omnis messis initium in Pentecostes festū rejicere. Ita sane docuit disertor Buxtorfius Synag. Judaica cap. XV, nec obscure ipse Grotius ad cap VI vers. 1 Luce, & Joann. Maldonatus ad cap. Matthei XII, 1: ut alios quam multos nunc silentio præteream. Verba Maldonati ipsa, quum sint instruta non vanis rationibus, meritentur hic legi atque expendi. *Nec enim*, inquit ille, *die decimo-quinto aut vigesimo Martii spica matura esse potuerunt. Quod enim* quidam adnotarunt, *in Palaestina eo tempore propter vehementem calorem segetes solitas maturescere, filium esse arbitror. Nam nec illi probare possunt, & nos possumus Scriptura experientiaque refutare.* Iohannes enim testatur, tempore passionis Christi frigus fuisse, & se homines ad ignem colefecisse: & festum primitivorum celebrabatur quinquagesimo die post Pascha; celebrabatur autem, simul prima falso in messem mittebatur Deut. 10. 9. Non ergo poterant in festo azymorum,

id

id est quinquaginta ante diebus, segetes esse matura. Experiens vero docet, non solum in Palestina sed neque in multo calidioribus Africae regionibus segetes tam citè maturescere. Hæc omnia Maldonatus. Videtur porro & Thalmud idem significasse, dum primitiarum oblationem adstringit ad Festum Pentecostes: primitia enim offerri utique debuerunt initio messis. Ex capite primo Bicurum doctissimus Wagenseilius ad Sotæ caput Septimum pag. 66a verba quædam adducit, eaque sic interpretatur: Non offerenda sunt primitæ ante festum Pentecostes. Aliquando insola montu Zeboim attulerant primitias ante illud festum, & non fuerunt acceptatae, ob illud Scriptura dictum (Exodi xxii, 16.) Et festum messis primitiarum laborum tuorum. Ex quibus verbis etiam hoc videatur disci, quod Pentecoste in ipsa Sacra Scriptura appellata sit ἀπλως festum messis & primitiarum.

Hæc autem si ita sese habeant, multò minus potuerit mense Nisan jam finita esse messis. Facto sanè initio messis omnis circa festum Pentecostes, quod incidit in Majum aut Sivam mensem, ultima manus illi messi vix accedererit ante mensem Ab sive Julium.

Cæterum omnino verius est, messem aliqua ex parte, frumenti quidem autumno sati, cum festo Paschatis cœpisse olim in Palestina pariter & Aegypto. Diserte enim hæc verba sunt Deuteronomii XVI 10 ipsiusmet Mosis: Septem hebdomades numerabu tibi ab ea die, quæ falcem in segetem miseru: & celebrabu diem festum hebdomadrum Domino Deo tuo. Utique enim festum illud hebdomadum est Pentecoste, & jamante septem hebdomades falx misla etat in segetem. Diserte item de festo azymorum sive Paschatis Exodi XXXIV, 21 sancitur: Sex diebus operaberis, at die septimo ceſtabis in oratione & in messe ceſtabis. Iosuæ item cap. 111, 15 aperte scribitur, transitum per Jordanem factum tempore mesſu, illum vero contigisse mense, Nisan c. IV 16 legitur. Non porrè potuisse jure Nisan dici mensis Abib, aut novarum frugum, si post septem decimum hebdomades ad maturitatem omnes fruges pervenissent.

sent. Non multo post notabimus, jam tum mense Februario in Ægypto hordei segetem fuisse spicis gravidam. Etiam præterea Flavius Josephus. *III cap. 10 Antiquitatum*, ita rem omnem narrat, ut liquido appareat, mense Nisan saltim hordeum jam maturuisse. Quod haud dubie intelligendum de illo hordei genere, quod itidem tempore autumnali solet seri, estque hodie Frisiae popularibus meis in usu longe maximo; præ illo certe tri mestri quod seritur verbo tempore: quia proventus ejus multo est ditionis, exigitque; præ altero glebam uberem. Verba Josephi adscribam, duntaxat qualia Latine edidit Gelenius. Secunda azymorum die, qua est mensis bujus Nisan decima sexta, frugibus demessis & hastenus intactis incipiunt fructi: æquumque rati, Deum bujus ubertatis autorem per gratitudinem honorari, hordei primitiae offerunt in hunc modum. Spicarum manipulum igni torrent, hordeum deinde pinsunt, atque ita in alio modum fracti offaronem ad aram offerunt: inde pugillo uno in eam injecto, reliquum sacerdotum usul cedit: & ex eolicitum fit publicas ac privatas messes metere.

Non exciderant hec Josephi Grotio in Lucæ caput sextum commentanti: ideoque meritò mireris, tantum virum non dubitasse ita scribere: *Quod postridie Paschatis Ægyptia sexu[m] ad altare adserebatur, fiebat id dictu[m] causa, ex spicu virentibus, que igne torrebantur, ut Josephus nos docet ex Levit. II, 14.* Paulo ante verò idem Grotius etiam aliud commiserat ~~ægyptia~~, dicens: *Nonbiandum autem est: messem, ut Hebrei docent, incidisse sermene mensem Elul, qui partim Junio partim Iulio respondet: itaque Exodi XXIII 10 Pentecostes solenne, vocatur solenne messis, Tabernaculorum autem solenne, quod in finem Augusti aut initium Septembri incidebat, festum Collecularum in borea frigum. Quinam Ebræi id doceant; hastenus ignoro, & scire parum refert. Sed Elul, mensis proxime antecedens mensem Tifri, Augustum nostrum non Junium aut Julium feculit. Pentecostes quoque solenne loco Exodi laudato non àz̄lōc diciture solenne messis, sed additur: primitiorum operum tuorum quæ semina verū*

verù in agro. Quibus verbis indicatum esse triticum, vel inde colligere est, quoniam festo Pentecostes debuerunt offerri panes triticei, ut haberet Josephus. Ipsa verba Legis Exodi x. xiv 22 illam messem distincte triticeam appellant: Solennitatem hebdomada rum facies tibi primitius messis triticeae.

Nec verò est, quod illa verba: messis primitivorum operum tuorum quæ seminaverū in agro: ita cum non nullis accipias, quasi ἀπλοῦ illa loquantur de omni messe. Omnino enim illa intelligenda sunt duntaxat de messe eorum quæ primò omnium tuerunt sata.

Non omnia scilicet uno eodemque momento seri in agris solent, sed citius alia, alia serius: pro cœli pariter & terreni variâ differentia. Etiamnum sane memores sumus (verba sunt Columellæ l. 11 cap. viii) antiquissimi præcepti, ut locis frigidis non iussimè, rapidu cele riuis, calidu oxyssime seramus: attamen seminum quoq; habenda semper ratio est, ideoq; non omnibus in locis idem potest serendi tempus observari. Ne nunc moneam, alia semina vere alia autumno rectius seri. Etsi verò & hordeum & triticum aliquod jam olim à Romanis (ceu constat ex illius gentis agriculturæ scriptoribus) Februario mense aut vernali tempestate seri solitum, præstantia tamen prævaluit quod autumno satum erat. Hoc quoque solum utriusque generis videtur Ebræis fuisse in usu. Non enim fortassis observare est, hordei aut tritici trimelitis in sarcis monumentis ullam memoriam, aut ullum indicium. Quin imo perinde arque Romani olim linum severunt, à Calendis Octobris in ortum Aquilæ qui est VII Idus Decembr. ceu loquitur Columella l. 11. cap. X, ita & in Ægypto quondam factum esse, apparet ex iis quæ narrantur Exodi IX. 51 de iis quæ grandine perierunt: Et linum & hordeum fuerunt percussa, ι γδ εγδη παρεσκευα, το δε λινον περιπατησον. Contigit autem grando mense Februario.

Igitur inter opera sementis autumnalis primum omnium videtur, ut in quam multis locis aliás ita & in terra sanctâ ubivis enim id observari olim non soleat, ex Palladio etiam discere, ne-

que nunc ignotum usū est) fuisse tritici sationem, hordei autem tardiorē. Atq; ideo huc respicens Moses messem tritici appellavit *messem primiti vorum operum que seminata erant in agro*. Senior sane nonnihil hordei soler plaurumq; sementis esse: lini adhuc tardior.

Potuit quoque fortassis Pentecoste simpliciter *sc̄sum messis* καὶ ζεύς quandam appellari, quoniam inter fructus omnes in agro ex semine natos triticum haud dubie fuit habitum nobilissimum: utpote quod maxime omnium cesserit in hominum alimentum. Non enim quidem & hordei in hominum cibum usus fuit apud Israëlitas: præcipua tamen dignitas habita tritico. Nec enim ferendum id quod Gamalieli tribuitur cap. 2 Mischnæ tit. Sota §. 1 dictum: hordeum esse escam belluarum. Ut ut enim fortassis Babylone, ubi Thalmud illud est consarcinatum, hordeum in jumentorum duntaxat pabulum cesserit: Ebrais tamen etiam panes fuerunt hordeacei in usu sic satis frequente. Discere hoc est ex Judicium VII. 13. iv Reg. iv 42. Ezechielis 1v, 12 & Evangelii Joannis vi, 9 & 13. Licet vero etiam ex iis quæ habentur IV Reg. VII. 1. 16. & 18. haud difficulter accipere, hordeum isto tempore in cibo fuisse hominum. Nē nunc dicam, Ruth, pauperimam sōminam, non in aliū usuni & collegiſte hordeum & à Boozo accepisse dono. Etiam verò Columelia I.2. c. 9 memoravit, hordeum distichum, apud Romanos, tritico misum egregia cibaria familie præbere. Considerantibus porro, saltim exiguum equorum inter Israëlitas usum, & quod asini pariter mulique paleis fuerint pasti, ingens vero hominum multitudo intra angustos sanctæ tertæ limites fuerit conclusa, non potest non vide ri, præter triticum etiam assumptum esse hordeum in hominum escam.

Haud me fugit præterea, nonnullis eruditio[n]is perelexi[m] doctribus v[er]is usum esse, Pentecosten ideo d'Am *Festum messis*, quia tunc messis omnis fuerit jam finita. Sed illa sententia videtur imperitiam aliquam arguere culturæ agri rei que rusticæ

rusticæ. Adhoc notum ex sacris est, primitias offerti solere, circa messis non finem sed initia, tritici autem primitias feria Pentecostes altera ex instituto divino afferri solitas.

Ut redeamus igitur in locum, unde longius justo progressi queamus judicari, Pentecoste fuit quondam Israëlitis festum messis, non tamen omnis sed solum triticæ. Hordeacea autem messis incepit in terris illis jam circa Paschatis festum. Quamvis nimirum tritici sementis sationem hordei antecedat, temporius tritico tamen maturescit hordeum: atque ita in Palæstina hordei messis triticea septem hebdomadibus fuit prior; hæc autem caput circa festum Pentecostes, atque ita mense Mayo, inque Julium fuit continuata. Etiam sane alibi accurate distinguitur messis tritici & messis hordei. Illius Genes. XXX 14, Iudicum XV 1, II Reg. XII 17. Hujus 2 Reg. XIV 30, juxta vulgatam quidem versionem, sit mentio. Certe hordeum non minus quam triticum severunt Israëlitæ auctumnali tempestate, ideoque & huius necessario fuit aliqua messis: & non sine causa distinctè messem triticam Sacrae literæ memoraverunt.

Instituisse vero illos etiam vernalem aliquam sationem, nonnullorum leguminum, milii, aliorumque, non potest forte dubitari, quia & illorum in agro crescentium haud infrequens in sacris litteris sit memoria. Sed & mense Nisan non minus arare quam metere solitos Israëlitas, patet ex iis verbis quæ adduximus modò ex cap. XXXIV 21. Exodi. Fuit proinde & horum messis. Et vero hæc demum messis solet incidere in mensem Elul sive Augustum nostrum; estque messis ultima, quam exceptit Festum collectionis mense proximo Tisri. Ut incomparabilem Grorium aliosque decepit ignorantia, vel negligentior consideratio, variæ & sementis & messis, cum primis ejus hordei, cantherini olim Romanis dicti, quod autumno seritur, estque plurimis locis plane insolens alii infrequens. Cum universim loquendo, messis ceperit mense Nisan, & finierit mense Elul

usque ad Tisri: sive cæperit cum festo Paschatis & finierit cum festo Collectionis: quo tempore jam omnia horreis solent claudi.

*Etsi* Verò ex iis quæ adduximus sit satis liquidum, mense Nisan factum fuisse meslis initium, haud abs re tamen fuerit ostendere, quodnam alios errare fecerit. Ne quæ supersit etiam imposterum errandi occasio. Igitur ut Joannem Maldonatum ante omnes ad grediamur, provocat quidem ille ad Scripturam pariter atque Experienciam, sed frustra est. Testatur sane Scriptura, tempore passionis Dominicæ frigus nocturnum fuisse molestum: hinc verò non sequitur, non potuisse murescere segeres. Et verò etiam in nostris hisce terris circa messem noctes interdum frigidiores esse solent, idque media estate. Deuteronomiū porro, ad quæ Maldonatus provocat, verba plane jugulant ipsius sententiam. Non enim ibi dicitur, festo Pentecostes demum falcem in messem mitti, sed altero Paschatis die id fieri solere, atque ab illo die esse numerandas septem hebdomades. Quod si à festo Pentecostes debuisset initium fieri illius numerationis, debuisset illa institui ordine retrogrado, ut quinquagesimus dies esset Paschatis feria altera. At vero etiamnum solent Iudei numerare illos quinquaginta dies, sed recto ordine, & factō initio à secunda illa Paschatis feria. Joannes Buxtorfius cap. XV *Synagoge Iudaica* refert, in hunc modum Iudeos solere tunc orare: *Benedictus tu Domine Deus noster, mundi Domine, qui nos precepisti ruis sanctificavisti, nobisque ut dies messis numeramus precepisti, hodie verò dies est primus: & solere indies illos ita pergere numerando.* Pentecosten porro fuisse festum primitiarum ἀπλῶν, solarum autem duntaxat triticarom, ceu jam ante ostendimus. Frustra quoque Maldonatus ad Experienciam provocat, &c Africæ calores. Non enim scribitur in Africæ calidioribus locis hordeum: illius autem non tritici messem in Nisan mensem nos conjectimus. Sed & videtur Maldonatus hordei illius quod

quod autumno seritur juxta cum alijs usum ignoravisse: quæ inscri-  
tæ in errorem præcipitavit virum cætera perspicacis ingenii & ju-  
dicii; utinam & minus male dicum! Quicquid hujus sit, abunde,  
nisi allor, Maldonati objectionibus est satis factum.

Quod attinet adducta Thalmudis verba, loquuntur illa  
de primitiis tritici, non simpliciter de omnibus. Si sane aliud  
voluerunt isti magistri Babylonii, & sese & alios deceperunt. Et  
vero saltim illi qui consecere Sotam aperte agnoverunt, illam  
oblationem manipuli quam Deus fieri jussit altera Paschatis fe-  
ria, fuisse hordeaciam. Verba eorum interprete doctissimo  
Wagenseilio sunt paragrapho 1. capituli secundi Mischnæ hæc:  
*Sane etiam oblatio manipuli ex hordeo parabatur.* Ex Abenestræ  
commentario ad Exodi xxii 16 sunt qui hæc verba adducant:  
*Ecce festum Azymorum subinde ejusmodi erat, ut in eo essent primissime  
bordeaceæ; ut & illa R. Arama: appetente jam messe bordeorum, non  
erat integrum vesti fructibus, donec primissias obtulissemus, illa erant  
initium proventuum ejus.* Sacerdos agitare debuit manipulum, ut sic im-  
telligerent: omnia nobis data esse, non simpliciter, ut stulti sibi persua-  
dent, sed ut cum colamus. Frequenter porro adserri solet illud ex  
Thargum Jonathanis ad Genes. VIII 22, de Palæstina terræ con-  
ditione: *Sementus in equinoctio Septembri, missus in equinoctio Mar-  
tii, frigus in solstitio Decembri, & austus in solstitio Iunii.*

Tradunt porro Thalmudici, si sexto decimo Nisan non-  
dum maturissimæ fruges, solere Synedrium intercalare inte-  
grum messem nomine secundi Adar. Quod utique indicio tue-  
rit, solere plurimumque tunc temporis fruges aliquot jam ma-  
turas reperiiri. Nolo hic adserre quæ viri docti in id addu-  
cunt, cum primis ex Maimonide: quoniam obvia pasim sunt.  
Sed & ne quid dissimulem, haud parum mihi etiam illa traditio  
est suspecta. Quod si enim propter cœli tale aliquod vitium  
debuit integer mensis Adar intercalari, non potuit non sape-  
numero tota anni ratio & festorum omnium plurimum tur-  
bari.

bati. Solet etiam frequenter frigidorem veris tempestarem, non multò post magnus aestus excipere: qui non patitur diffiri messem triticeam, & institutam à Deo tritici justo tempore oblationem: ne quid nunc dicam de oblationibus primitiarum alii. Si porro mensē Adar novum addere interdum oportuit, propterea quod nondum maturuissent hordei segetes: debuisset interdum & aliis aliquis mensis addi, propterea quod triticum nondum maturuisset. Illi vero Thalmudici magistri persuadere nobis nituntur, rāntum ob Paschatis festum intercalationem ejusmodi instituere fas fuisse. Non equidem negaverim, contigisse interdum, ut die illo decimo sexto mensis Nisan maturae primitiae hordei offerri non potuerint. Verum illud haud dubie rō accidit, Leges autem feruntur de iis quæ plārumq; sese ita habent. Quando verò nondum satis coctæ fuerunt spicæ, Deus sane non potuit tunc indignari, si offerrentur, quales eas Deus ipse nasci fecerat, aut si igne nonnihil siccarentur, quod factum fuisse, ex Josepho intelleximus; imo mandatum fuerat *Levit. 11.14.* Certe illa integri mensis intercalatio plus turbasset omnem etiam facrorum ordinem, quam aliquid cœli vitium. Si quidem facta fuit. Factam autē non fuisse, etiā inde colligere est: quia nec in Josepho nec in Philone, imo ne quidē in omnibus Sacrae Scripturæ libris, vel tenuissimū est hujusmodi intercalationis vestigium observare.

Verum quicquid etiam hujus dixeris, certum est, quod ne Thalmudicæ quidem aut Rabbinorum narrationes messem omnem à mense Nisan senioverint.

QUONIAM autem prolixe satis de tempore messis Israë liticæ egimus, redeundum tandem est in viam unde quasi di gressi sumus, ad id scilicet, ut probemus Annum Sabbaticum non incipi solitum à mense Nisan. Tantum repetimus vero adductam jam ante rationem. Nempe atino sexto licuit pro arbitrio sere te, in spem messis: illa autem non potuit institui ante mensem Nisan. Omnia autem rēcte sese habent, si anni Sabbatici initium fuerit

fuerit mensis Tisri, ac proinde nulla potuerit fieri satio autumnalis anno sexto. Autumnalium nempe seminum meslis mense Nisan primum cœpit & in Julium usque duravit Hinc verò colligere certò licet, Sabbatico anno exordium haud præbuisse mensem Nisan, quia præcedentis anni proventus ita periiisset.

Igitur non recedendum est à communī sententia: quod nimirum mense Tisri initium noctus olim fuerit Sabbaticus annus. Non de nihilo tamen sunt quæ pro altera militant. Et quidem quinque eximia attulit in medium, vir non doctrina & pietate minus quam dignitate Episcopali excellens, amicus noster & quondam auditor, Joannes Elai Terserus, eruditissimo *Sacra Chronologie libello* pag. 25.

I est, quod anni sacri initium sit Nisan, Sabbaticus vero sit sacer. At vero usus anni Sabbatici unice fuit civilis, ut infra docebimus; ergo etiam civilibus non sacris institutis fuerit annumerandus.

II est, Israëlitæ debuerunt ordiri annum illum ab eo tempore quo ingressi sunt terram Canaan, hoc autem contigit mense Nisan. Sed ab ipso illo momento ingressus fuisse numerandum annum Sabbaticum, nusquam dicitur. Satis est, deboisse putari annum illum à tempore prime sationis, quæ instituta denum fuit mense Tisri aut Marchesvan.

III. inexplicabilem cæteroquin esse difficultatem circa annum Jubilæum. Quamvis autem omnino & nos fateamur, esse illum nodum maxime omnium difficilem, solvemus ramen etiam illum in tractatione de Anno Jubilæo.

IV est, quod hac admissa hypothesi, non appareat verumfuisse id quod in Legi divinæ est commate vicesimo secundo: nempe seminandum quidem esse anno octavo, sed comedendum de proventu veteri usque ad nonum annum, & donec venerit fructus ejus noni anni veterem anni sexti proventum esse comedendum. At verò et si eodem octavo anno quo instituta fuit satio, subsequuta fuerit

fuerit messis, trituratio tamen plena institui nequivit ante annum nonum; ac proinde usque ad annum nonum sicut vetere anni sexti proventu utendum. Perperam porro vocula eius de anno nono accipiuntur: agitur enim de proventu institutæ anno octavo fationis, adeoque de proventu non noni sed octavi anni.

V est, quod isthac hypothesis non sit verum illud quod versiculo vicesimo primo legitur, *sextum annum pro tribus annis facturum fructum*. Utique enim illud intelligendum esse de anno sexto septimo & octavo: jam autem tempore Collectionis juxta hypothesis sextum annum feriasse, ac proinde non nisi duos annos superfuisse septimum & octavum. At vero duravit messis à mense Nisan usque in Tisti: itaque et si mense Tisti datum fuerit Collectionis plenaria festum celebratum, nihil vetat tamen, à Nisan usque partem aliquam novarum frugum cessisse in alimoniam. Partem ajo aliquam: nam alias cessit in viuum potius frumentum vetus. Perinde atque apud nos etiam solet fieri, ab iis qui non laborant egestate: pauperiores enim etiam novo vivere frumento coguntur.

## III

VERUM duo illa, quæ diximus circa Annum Sabbaticum occurtere dubia, jam satis sunt expedita. Imo forte diutius exspectatione posteriori fuimus immorati. Non possumus tamen non saltim paucis rangere etiam illud, quod ex Judæorum (ni fallor) magistris proponit Grotius ad nostrum Leviticus caput. *Eo anno, scribit, etiam remissa ajunt debita, nisi de quibus convenisset, ut ad Jubilaum duraret obligatio: id ipsum autem pro convento haberet, si pignus redditum esset ex lege Exodi XXII 26.* Et si autem possit videtur hæc interpretatio benigna: attamen quia Lex ipsa tale quid non dicit, non temere hoc quidem fuerit admissendum. Non negaverimus tamen, spontaneâ æquitate suisse saltim à nonnullis ita observatum, atque adeo ex consuetudine illa natam hanc interpretationem.

INDEX

INDEX CAPITVM  
PARADOXORVM DE NVMMIS  
EBRÆ ORVM.

- I. Prælēdium libri. Quo occasio & institutum ejus conscribendi indicatur. 1.
- II. Epistole aliquot Conringii & Hottingeri ad hoc argumentum pertinentes. 4.
- III. De nummis illis sex, quorum cœtū pos sibi missos Hottingerus Tabula prima ære exprimi curavit. 15.
- IV. Nummos omnes Ebræorum, qui dicti sunt Sicli, fuisse olim argenteos. 20.
- V. Nullum nummum Ebræum, qui refert hominis imaginem, esse genuinum. 28.
- VI. Characteres Assyriacos non fuisse olim ab Ebræis ad ciuitalia negotia usurpatos, nec ante captivitatem Babyloniam nummos signatos Ebræis fuisse in usu. 47.
- VII. Nullum nummum Assyriis aut Ebræis literis inscriptum esse bona nota aut multum vetustum. 59.
- VIII. Non posse certis argumentis demonstrari, nummos, qui Samaritanis characteribus sunt inscripti, captivitate Babylonica esse antiquiores. 69.
- IX. Omnes Samaritanis literis inscriptos nummos esse Hasmonaeorum & Herodum ætate cūsos. 77.
- X. Non fuisse olim in usu Siculum alium sacrum alium profanum. 95.
- XI. Quæ de Cippis Ebræorū in libello ab Hottingero edito memorantur non mereri fidem. 102.

# INDEX LOCORUM S. SCRIPTVRÆ

quæ passim citantur & illustrantur.

Genes.	cap.	¶.	pag.		xxvii.	114.
	xx.	16.	24.		xxxii.	116.119.
	xxiii.	16.	55.		xxxiii.	114.
	xxx.	14.	177.	Deuter.	1.	116. b.
Exodi	ix.	51.	175.		ii.	123.
	xii.		170.		iv.	115.
	xvii.	16.	141.		v.	141.
		18.	123.		xvi.	8.
	xlix.	17.	116. b.			124.
			116.			10.
	xxii.	17.	35.		xvii.	(152.147) 122.
	xxx.		24.			6.
	xxxiv.	21.	177.			126.
		22.	175.			7.8.9.10.
Levit.	ii.	14.	180.			125.
	x.		113.			15.
	xvii.	15.	98.			157.
	xxiv.		113.			16.
Num.	i.		115.			158.
	ix.		114.			20.
	xi.	(113.116 b.) 122.	Josuæ.			126.
		6.7.8.	124.			115.
		13.	119.			115.
		16.	162.			139.
	xii.		113.			5.
	xiv.	(113.115.116.				117.
	xv.		113.			139.
	xvi.		113.	jud.		173.
	xxv.		113.116.			16.
	xxvi.		118.			173.
						83.
						118.
						139.
						176.
						140.
						117.
						177.
						xvii.

	<i>I.</i>	<i>N.</i>	<i>D.</i>	<i>E.</i>	<i>X.</i>	
xvii.	6.				8.	130.
xviii.	1.	139.			3.	156.
xix.	1.				xxiv.	
i. Sam. viii.	(140.149.150.151.				xxviii.	165.
	9.10.11.18.	143.			xxx.	156.
x.	1.	157.	Esd.	vii.		75.
xi.		158.		viii.	25.26.29.	56.
xii.	12.	116.	Nehem.	vii.		75.
		17.	Psal.	xvii.	2.	150;
xiv.		153.		l.	6.	ib.
2. Sam. xi. i. b.	9.		Esaïe	xlvi.	6.	56.
v.	1. 2.	158.		lv.	1. 2.	56.
xiv.	26.	98.	Jerem.	xxxii.	9. 10.	56.
	30.	177.		xxxviii.		156.
xxi.		150.	Ezech.	iv.	12.	176.
xxiv.		26.	1. Macc.	vi.	19.	171.
i. Reg.	xi.	160.		xiii.	41.	78.
	xiii.	165.		xv.		77.
xx.	39.	56.	Matth.	v.	18.	53.
ii. Reg.	iv.	42.	176.	xviii.	16.	126.
	vil.	1. 16.	24.176	xxvi.	5.	58.
	xv.	20.	23.	Marc.	xi.	58.
	xxi.	150.	Luc.	xxii.	5.	58.
i. Paral.	xxi.	25.	13.26.55.	Joh.	vi.	9. 13.
	xxiii.	23.	99.	1. Cor.	xiii.	2.
	xxix.	15.	157.	Ephes.	v.	126.
ii. Paral.	xix.	153.	Coloss.	iii.	20.	126.

## INDEX AUTORUM

A.	
Amama (Sixtinus)	89.
R. Arama.	179.
R. Azarias.	91.
Abarbenel.	129. 141.
L. Alatius.	182.
Abenesra.	179.
Aristoteles.	55. 109. 114. 117. 140. 144. 145. 146. 147.
Ariasmontanus.	21. 24. 26. 57. 70. 71. 73. 99.
Arnisdus (Hennigus)	142.
Adrichomius.	66.
S. Ambrosius.	150.
Anonymous Antiquarius.	39. 41. 43.
S. Augustinus.	123.
Augustinus (Antonius)	7. 16. 17. 20. 47. 70. 91.
B.	
Barzelonita. (Levi)	36.
Baronius	203.
Beza	92.
Bertrami (Bonav. Cor.)	117. b. 154.
Benjamin Tutelensis.	103.
Bereschith, Rabba	63. 65.
Brerewodus	26.
Bizus (Jacobus)	13. 16. 18. 44.
Brochardus	9.
Buxtorfius	40. 49. 51. 52. 71. 95. 171. 172. 178.
C.	
Casaubonus	113. 163. 164. 165.
Capellus (Lud.)	41. 42. 49. 71. 95.
Calvinus	132.
Caninius	132.
Camhius	25.
Cicero	109.
Chiffletius (Joh. Jacob)	17. 18.
Cocceius (Joh.)	46. 120. 129. 130.
Columella	175. 176.
Cunatus (Petrus)	139. 141. 151. 204. 217.
D.	
Danzus	132.
Damianus (Petrus)	205.
Dilherrus	66.
Dio	44.
Dionysius Carthusianus	126.
Druſius	71.
E.	
l' Empereur (Constant.)	63. 103.
Epiph-	123.

## INDEX AVTO RVM

- Epiphanius 63. 95. 29. 30. 32. 58. 71. 78. 102. 132. 133.  
 Eusebius 49. 154. 135. 136. 137. 139. 142. 105.  
 152. 160. 171. 174.

## F.

- Fabricius 71.  
 Frehetus (Marq.) 33.  
 Füllerus (Nicol.) 123. Kircherus (Athanasius) 22. 39. 66.  
 68. 69. 71. 74. 83. 88. 90. 95.

## G.

- Galatinus 132. Lipsius 123.  
 R. Gedalia 64. Livius 146.  
 Gelenus (Sigism.) 133. Matthesius (Joh.) 63. 66.  
 Gerson (Christian.) 43. 66. 166. Masius 71. 99.  
 Gorlaeus (Abrahamus) 19. Maimonides 27. 36. 82. 90. 130. 148.  
 Grotius (Hugo) 119. 122. 144. 146. 156. 163. 172. 174. 182.  
 Goltzius 29. Maro. 148.  
 Maldonatus 172.  
 Martyr 132.  
 Menasseb ben Israel 36. 129. 141.

## H.

- Hesychius 28. Meierus (Henricus) 27.  
 S. Hieronymus 48. 95. 150. R. Moses Elshecher 93.  
 Hieronymus de S. fide 49. Morinus 71. 83. 85. 88. 90. 92.  
 Homerus 111. Müllerus (Nicolaus) 18.  
 Hottingerus 22. 25. 26. 27. 36. 37. 38. 40. 45. 47. 61. 66. 67. 71. 72.  
 77. 85. 87. 88. 89. 90. 94. 95. 97.  
 104. 105.

## I.

- Isidorus 95. Origenes. 30.  
 Josephus (Flavius) 22. 23. 24. 27.  
 Aa 3. Palla.

## INDEX AVTORVM.

P.	Schottus (Andreas)	16.
Palladius	Suidas	28.
Paruta	Sulpitius Severus	140.
Plinius		
Philo		
Procopius	T.	
Pollux	Tacitus	109, 140.
	Thalmud	49, 52, 130, 141, 154, 159, 162, 166, 171, 173, 176, 179.
R.	Targum Jonathani	179.
Reinesius	Teserius (Joh. Elai)	182.
	Theseus (Ambrosius)	72.
S.	V.	
Sada (Octavianus)	Vrsinus (Fulvius)	17, 44, 77.
Schraderus (Christophorus)	Villalpandus	22, 39, 40, 42, 43, 54, 67, 68, 70, 71, 76, 83, 86, 90, 92, 93.
Spanhemius (Ezechiel)	Scaliger (Joseph.)	12, 17, 71, 164.
	Saibertus (Johannes)	66.
Seneca	Seneca	131.
Seldenus	Stephanus (Joachimus)	132.
	Schickardus	38, 39, 40, 51, 66, 120, 123, 128, 129, 141, 150, 163.
	Sigonius (Carolus)	113, 132, 136.
	Waserus	21, 25, 33, 37, 47, 57, 66, 64.
	Wagenseilius	71, 72, 92, 99.
	Waltonus	173, 179.
	Wasmuthus	90, 92, 95, 99.
		49, 59.

INDEX

## INDEX RERVM.

A.

- Amama refutatur.* 89. 90.  
*Adar mensem fuisse intercalatum,*  
*sigunt Rabbini.* 179. 180.  
*Abrahami nummus qualis.* 63.  
*confidit.* 64.  
*A Ereū nummus sicut nomen olim non*  
*in scriptum.* 21.  
*A Erewa nummus τλεγδερχμος.* 21.  
*quenam in illo figura 22, Villal-*  
*pandi examinatur.* 83. 84. 87.  
*A Ereū nummis, superstites debentur*  
*Hasmonaei 23. conuoi, aut appen-*  
*si nusquam leguntur 58. prae ar-*  
*genteuī. & aureū non ferunt ata-*  
*tem. 80. conf. 84. 87.*  
*A Eneos cedere nummos Salomonis*  
*opulentia non repugnaret.* 42.  
*eos in usu fuisse Iudeis ve-*  
*teribus, nullo probabili indicio*  
*potesit negari.* 84.  
*A Es grave quamdiu ap. Rom. man-*  
*ferit in usu.* 80.  
*A Eris gravū quadrans, qualem ha-*  
*bet imaginem.* 80.  
*A Erucatorum fraus semper & u-*  
*bique fuit.* 93. 101.  
*A Egyptiū despotice gubernata.* 146.  
*A Esymneticum regnum quale.* 145.  
*Argenteus fuit nummus, qui Ebreū*  
*sicut nomine venit. s. à 21. ad 28.*
- Argenteos duos sicos conflatos esse*  
*in aureum, quomodo intelligen-*  
*dum.* 27.  
*Argenteā monetā signatā ante tem-*  
*pora Hasmonaeorum non usi sunt*  
*Iudeis.* 42. 54. &c.  
*Argentei s. sicii cum Assyriacis li-*  
*terū inscriptis suppositis 67. 68.*  
*Aleph Samaritanum quare ingenui-*  
*nus Ebr. sicut super urnam man-*  
*na conficiatur, varia vario-*  
*rum conjecturae pr. reselluntur*  
*92. 93. auctori sententia 94.*  
*Affectuum, que vis in animis. 44. 76.*  
*Animantium imagines quando &*  
*quare primum à Iudeis dam-*  
*nati.* 37.  
*Ariamontana refutatur. 74. &c. 91.*  
*Administratio recta quid Reip. con-*  
*serat.* 108.  
*Aristocratica, quid secundum Arist.*  
*109. 137.*  
*Aristocraticam formam in populo*  
*Iudeis sub judicibus obtinuisse,*  
*qui statuant. 132. 134. non obti-*  
*nuisse ostenditur 136. 137. 138.*  
*in Asia } regna herilia obtinent.*  
*in Africa }* 147.  
*Appio Josephi adversarium quam*  
*celebris olim.* 133.  
*Antony superbia.* 44.

INDEX RERVM.

- |  |              |   |
|--|--------------|---|
| <i>Absoloniū nummī fidi.</i>   | 67.          | <i>Affyriacū characteribus insigniti nummī non sunt multum vetusti.</i>   |
| <i>Absoloniū capilli pondus ignoratur</i>  |              | <i>s. confirmatur hoc. 59. Eccl. Hettingers sententiam Vid. 14.</i>   |
| <i>98. quale juxta LXX. 100.</i>   |              | <i>iu soli codices sacri descripti.</i>   |
| <i>Ancus Marcius in Rom. nummis consularibus conficitur.</i>   | 80.          | <i>s. s. 54. 78.</i>  |
| <i>Annuus civilis &amp; sacer ap. Ebreos. 170.</i>   |              | <i>Affyriaca litera post tempora Hasmonaeorum, imd post excidium gentis ad promiscuum vita usum adhibita. 42. 54. ante Esdras in communī usū non fuerunt 47. Eccl. conf. 60. neq; Esdras in profanum usum eā usurpavit. 53. conf. 73.</i> |
| <i>Anni Sabbathicus non fuit, quo Palestina occupata, sed ab illo septimus.</i>  | 170.         | <i>Affyriacū s. sacra literis monetam aliquam sacram suisse signatam, singitur.</i>   |
| <i>Anni Sabbatici initium præbuisse mensem Tisri, probatur 171. 172.</i>   |              | <i>60.</i>  |
| <i>180. argumenta contraria refutantur.</i>  | 178. 181.    | <i>non Affyriacū sed Samaritanū sortit literis in cruci titulo Pilatus est usua.</i>  |
| <i>Anni Iubilei traditionem promittit Autor.</i>   | 181.         | <i>53.</i>  |
| <i>Aureus nummus scilicet pondere, ad alterius.</i>  | 27.          | <i>B.</i>   |
| <i>Aurea moneta signata ante tempora Hasmonaeorum non usū sunt ludei.</i>  |              | <i>Balsami planta, quando in Palestinam introducta.</i>   |
| <i>42. 54. Eccl.</i>   |              | <i>83.</i>  |
| <i>Aurei scilicet mentio quando sit in sa- cris. 13. quomodo intelligendum</i>   |              | <i>Barbaricum regnum quale. 144. 147.</i>   |
| <i>26. alia pro illo argumenta refel- luntur.</i>  | 27.          | <i>Bertramus notatus.</i>   |
| <i>Amygdalista virga Aaronis sortit ex Babylone rediit st. quare in scilicet templi secundi 82. olim pro pa arcam assertata.</i> | <i>ibid.</i> | <i>118.</i>   |
| <i>num Affyrio an Samaritano cha- ractere S. Biblia fuerint exarata,</i>   |              | <i>Belligerendi arbitrium in Rep. Ebr.</i>  |
| <i>contentio inter eruditos non est magni momenti.</i>   | 3. 50.       | <i>initiò penes ipsum Deum, 115. deinde penes Reges fuit.</i>   |
|  |              | <i>153.</i>   |
|  |              | <i>Bellum indicere est Summa Poteſta- tis.</i>  |
|  |              | <i>112.</i>   |
|  |              | <i>Biblia num fuerint Affyrio, an vero Samaritano charactere conser- pta,</i>   |

INDEX R E R V M.

134

- pta, scire parum resert.	3.	Conflatio idem est, quod permutatio.	
Bibliorum versiones citatae. LXX.			27.
13. 23. 24. 26. 97. 100. 127 Arabica		Corona radiata in divinitatis fi-	
13. 20. Syriaca. 13. 26. Vulgata.		gium inventa.	43.
13. 26. 117. 137. b. Ofiandri. 117.		Consulares nummi Rom. Quirinum	
Pagnini. 26. 127. 147. Leonis Ju-		&c. referunt.	80.
da 117. Vatabli. 117. 126. Tre-		Combustio genii supplicii ap. Ju-	
mellii & Junii. 127. Lutheri. 117.		daos.	113.
	127.	Crucis titulus fortassis Samarita-	
Boineburgius laudatus.	15. 9.	nus, non vero Assyrius literis suis	
Buxtorfius laudatus.	71.	conscriptus.	53.
C.		Crucifixio non fuit ap. Ebr. usitatum	
Cantharus quid in nummo Ebr. si-		supplicium.	113.
gnificet.	86.	Cunavis notatus.	143.
Characteres duplices sacri & pro-		D.	
fani post Esdram obtinuerunt.		Daleth non reperitur in nummis ge-	
78. ante captivitatem obtinuisse,		nuinis Ebraeorum.	91.
verisimile est.	79.	Drachmæ Alexandrina singula	
Catena, quid in nummo Ebr. signi-		duas Atticas æquant.	28. 160.
ficit.	86.	Davidus nummus qualis. 63. 66. con-	
Capelli conjectura refellitur.	42.	filius.	65. 66. 76. 77.
de Censu numismate.	33.	Davidus nummus non est, cui non nulli	
Cherubum imago ignoratur.	32.	li volunt, a & d esse inscripta.	91.
aspectus populo negatus.	ibid.	Daricus nummus aureus. 28. unde	
de Cippis Ebr. sententia Autoris.		nomen ibid. fuit Sicli pondere.	
9. Hottingeri. 15. que tradun-		ibid. quo sensu à Polluce didicaz-	
tur, non merentur fidem. 103. &c.		μ. vocetur. ibid. quare saepius	
Cippi multi iam constructi, qui ante		ap. Josephum ejus fiat mentio. ib.	
quadringentos annos non reperti		Delicia ap. Ebraeos quibus paenù	
& quare.	104.	vindicata.	113.
ad Civitatem regendam & tuer- dam, quibus pertinent.	111.	Democratia quid secundum Aristotelem.	118.
		Bb	Decol-

## INDEX RERVM.

- Decollatio ap. Ebr. fuit in usus 213.  
 Deum moderatur omnes Respubl. peculiari autem modo olim Israëliticam. 111. habuit τὸ κύρος in Rep. Ebr. 111. Rex vocatur, 116. fuit Legulatior 113. pœnas capitales, & quas, delictū constituit. 113. non defuit a legibus, roga tus definitivit. 114. privilegia concessit 115. arbitrium habuit gerendi belli. 115. Magistratus instituit, 116. item Reges Ebr. 157. 158.  
 Διδεκχον quare pro Siclo ponant LXX. 99. 100.  
 Disensum aliorum haud agre fert Autor. 16.  
 Diu à gracie & Romanis humana: à Syri & AEgyptiis animantium figura tributa. 31.  
 Dominatus quid. 144. obtinuit in regno Ebr. 146. in Syria, AEgypto, & tota Asia. ibid. etiam Africa. 147.  
 E.  
 Ebraicus nostris characteribus insigniti nummi non sunt multum vetusti. 8. confirmatur hoc. 59.  
 &c. excipit Hottingerus. 14.  
 Ebraicus nostris characteribus soli sacri codices scripti. 5. 8.  
 Ebreorum nummi elegantiam fin gularem non habent. 27.  
 Ebraea olim dicta fuit scriptura Samaritana. 51. 53. illa post Esdram solis Samaritanis reliqua non est. 73.  
 in Ebraeorum Respubl. summa potestas fuit penes Deum ipsum. 111.  
 in Ebreorum Republica Legulatior Deum. 112. quæ genera pœnarum capitalium 113. quæ forma regi: minis sub Mosen & judicib: ante Reges. 132. 133. non fuit Aristocratis. 136. 137. sed, si quidens solos homines, non Deum, respiciat, Monarchia. 138.  
 Ebraorum regnum non fuit legitimum 148. sed despoticum 145. 146. 149. 150. volente populo. 148.  
 Ebraorum Reges autem, & quatenus legum serendarum habuerint potestatem. 152. belligerande potestatem habuerunt. 153. pro arbitrio Magistratus & judicis instituerunt. 153. ipso non judicasse, signum est Rabbinicum, quod resellitur 154. 155. qua ratione ad Regiam dignitatem olim evedi. 157. 158. vaporulationi suisse obnoxios, singunt Rabbini. 163. 164.  
 Esdram vetustum usum literarum Samaritanarum non immutasse, & Aby-

193

INDEX RERVM.

- & Assyrias in usum profanum  
 adbibuisse. 53. 73. post illum du-  
 plices characteres sacros & pro-  
 fanos obtinuisse. 78. ante ipsum  
 verisimile est. 79.  
*Epigramma Autoris in Hottingeri*  
*mortem.* 2.  
*Equinum caput in nummis Cartba-*  
*-ginienibus.* 16. 20.  
*Eugubina tabula ficta.* 18.  
 F.  
*Forenses Leges op. Iudeos, quæ. 112.*  
 carum peculiarem confederatio-  
 nem promittit *Autor.* 113.  
*Frumenti spica, quare in nummis?*  
   88.  
 G.  
*Grace lingue usus Iudeis tempore*  
*Saluatoris penè familiarior fuit*  
*Ebræi.* 53.  
*Gracorum nummi, quam vetusti.* 80.  
*Grotius notatus.* 16. 4. 174. 177.  
*Gubernatio quid prælet Reip.* 108.  
*Gubernatio Reip. Ebr. plane fuit*  
*singularis.* 111.  
 H.  
*Hasmonaeorum tempore Samarita-*  
*ne literæ ad profanos usus: Af-*  
*syriacæ ad S. Codicis scripturam*  
*adhibitæ. 5. 8. eadem etiam in*  
*promiscuo vita usu receptæ. 42.*  
*nummos humana figuræ signare,*  
   61. 83. 86 notatus. 96. primus  
   in Germania nummum Samari-  
   tanis characteribus insignitum  
   Simeoni Hasmonæo tribuit.  
   3. 72.  
*Hottingeri mortem epigrammate*  
   Bb 2                                   luz t

## INDEX

- luget Autōr. 2. epistola respon-  
 soria ad Autorem. 11. conjectura  
 refellitur. 22. 26. 43. 44.  
 Hominis imaginem referentes num-  
 mi sunt adulterini. 8. dissentit  
 Hottingerus 13. refellitur. 34.  
35. &c.  
 Hominum imagines quando & qua-  
 re primum à Iudeis damnati. 31.  
 sed perperam. 36.  
 I.  
 Imago Cherubum ignoratur. 32.  
 Imaginem hominis referentes num-  
 mi sunt adulterini. 8. dissentit  
 Hottingerus. 13. refutatur. 33. &c.  
 Imagines vivorum animalium, cum-  
 primis hominis confidere, lege  
 Decalogi prohibitum esse, persua-  
 sum Israëlitis ab Hasmonaeorum  
 usq. estate. 29. 30. 35. quando &  
 quare primum damnaverint  
 Iudai. 31.  
 Imagine Salvatoris insigniti num-  
 mi, adulterini 37. quare & à qui-  
 bus facili, ibid. Moysis ornatum  
 mi adulterini. 38.  
 Itali ex nummis suppositiis ca-  
 ptant quæstum. 45.  
 Israëlis appellatio post captivitatem  
 omnibus tribus iterum com-  
 munis. 75.  
 Israëlitici populi divisio qualis,  
117. b. 118.

## REVER.

- Jerusalem urbis distinctio in superi-  
 ore & inferiore partem per-  
 antisqua. 89.  
 Jerusalēm non demum post capti-  
 vitatem appellari cœpit. ibid.  
 fortè ita à Galileis nuncupata. 90.  
 Intercalatio mensis Adar, quam  
 singunt Rabbini, refellitur. 179.  
180.  
 quodnam iactu Matth. V. à Sylva-  
 tore intellectum. 53.  
 Josaphat quale iudicium instituerit.  
129. 130.  
 Josephus refellitur. 31. 136. &c. no-  
 tatus. 134. 135.  
 Josephi fides major Thalmudicis  
 traditionibus. 34. ejus locus men-  
 dosus. 103.  
 Josue nummus qualis creditus. 63.  
 Josua magistratum gessit, qualem  
 Moses. 124. eoregnante qua for-  
 ma regiminis. 132. 137. 138.  
 Judas in prodictionis autoramentum  
 non accepit nummos Rhodios.  
46. 47.  
 Jude proditori non fuere nummi  
 appensi. 58.  
 Judæi imagines à gentilibus ad se  
 translates non tulerunt. 29. &c.  
 à Babyloniam captivitate, ad Has-  
 monæos usq. non habuerunt juc-  
 cundæ moneta. 32. 33. conf. 69.  
num.

## INDEX RERUM

195

- nummis humanâ imagine, sed  
ab aliis cufis, usi sunt. 33.
- ante Hasmonaeorum tempora si-  
gnata moneta non usi. 42.
- Judei veteres res monetae rudes.  
93. 94. 97.
- qui Messiam ex speluncula iacti-  
tare ex eo, quod X. tribus non  
dum sint ex captivitate ad ter-  
ram saudam reducta, quomodo  
refellendi. 75.
- Judei ab Hasmonaeorum usq; atate  
persuasum, lege Decalogi prohi-  
bitum esse, consicere hominū aut  
vivorum animalium imagines.  
29. 30. Et.  
tempore Salvatorū græcæ lingua  
Ebraicæ familiarior. 53.
- cum alia populis & inter se fu-  
erunt olim via commercia. 58.
- appellatio Israëli, cum X. tribu-  
bus post captivitatem sicut com-  
muni. 75.
- quando & à quo potestas nummi  
cudendi concessa. 77.
- Judeos à picturis & sculpturis omni-  
malium & hominum non absti-  
nuisse absolute, sententia Selve-  
ni. 13. quousq; vera & quid e-  
vincat. 34.
- Jus vocabulum quam varie signifi-  
cat. 344.
- Jura Majestatis qua. 152.
- de Iure Regio ap. Ebr. juxta Sa-  
mueli dictum. 143. 144. 148.
- eius exemplum. 149. 150. ejus de-  
novo fit mentio. 1. Sam. X. 151.
- Ius Regium coram Domino reposi-  
tum. 151. non omnibus Regibus  
convenit. 144.
- Index ap. Ebr. idem quod S. Ma-  
gistratus aut Dictator. 131.
- Judices qui à Mose instituti. 117. b.
- Reges, sed minus proprie dicti.  
139.
- Judicium tempore, que forma regi-  
mini obtinuerit. 132. 133. 137. 138.
- potestas qualis in Republ. 136. 137.
- Judicia constituere est S. Potestatu.  
111. eadem & Magistratus à Re-  
gib; Ebr. pro arbitrio institue-  
bantur. 153.
- Judicium quale à Josaphat institu-  
tum, & in quibus cum Synedrio  
& LXX virili Mosis conveniat.  
quid discrepet. 129. 130.
- ap. Ebreos non sicut duplex, Ec-  
clesiasticum & forense. 131.
- Judicium Sacerdotale. Vid. Sacer-  
dotiale.
- Judicare non suisse sapientibus Regibus  
Ebr. segmentum est Talmudico-  
rum, quod refutatur. 154. 155.
- B b 3 Jusi.

## INDEX RERUM.

Iudicari solitos, imò vapulationi obnoxios fuisse Ebr. Reges figuramentum est Rabbinicum. 163. 164.	Liphsus notatus. 163.
Inbilæi anni tractationem promittit Autor. 151.	M. Manna Urna. V. Urna.
K.	Majestatis jura quæ. 152.
Ab Kircherus notatus. 60. 68. 69. 88. 91. laudatus. 68. 71.	Maimonides notatur. 121. ejus dictum explicatur. 27.
primus omnium nummum Samaritanum literis ornatum tribuit Simeoni Hasmonaeo. 71.	Manipulus frugum quare in numeris. 38.
Tò Kóçor in Rep. ap. quos 109. in quo situm fit. 111. V. Potestas summa.	Magistratus, quis propriæ. 117.
L.	Magistratum constituere est. S. P. 118.
Latinis characteribus non est usus populus Gallia libera. 17.	Magistratum in Rep. Ebr. constituit ipse Deus. 116. quinam gesserint. 117. Ec.
Lapidatio ap. Iudaos in usu. 113.	Magistratus quomodo institui debuit in Palæstina, juxta prescriptum Mosis. 124. Ec.
Laconicum regnum quale. 144. 145.	Magistratus & judicia pro arbitrio Reges Ebr. instituebant. 153.
Leges condere est Summa Potestatis. 111. condendi potestatem in Rep. Ebr. sibi reservavit Deus 118. quomodo in ea se gesserit ib. que legibus non erant definita, ipse definivit. 113. 114. alii hoc non sunt fas. 115.	Maldonatus refutatus. 178. notatus. 179. laudatus. ibid.
Legibus quicquam addere, nemini fas, praterquam S. P. 115.	Mardochai nummus filius. 45. 46. 64. qualius creditus. 63.
Legum ferendarum potestatem ap. & quatenus habuerint Reges Ebraorum. 152.	Henr. Meyerus laudatus. 19.
de Literarum mutatione per Esdram facta 49. 50. non statim à discensione X tribuum. 74.	Mensis Adar intercalatio ap. Iudaos, Rabbinicum figuramentum. 179. 180.
	Messis tempus ap. Ebr. quidam in Pentecostu festum rejiciunt. 172. 173. quod de triticea verum. 177.
	Messis frumenti autumno sati, cum Pascha.

- Paschatus festo caput. 173. 174.  
in primis hordei. 377.
- Mensura rerum olim in templi as-  
servata. 99.
- à Militia quinam in Rep. Ebr. fue-  
rint immunes. 115.
- Monarchia quid secundū Arist. 109
- Moneta cuendā ius populo Gallie  
à Romanis de victo fuisse, probari  
nequit. 18. devictis gentibus de-  
negatur. 32.
- non est, nisi iis, qui sunt sui juris.  
56. Judæi à captivitate Babylo-  
nica ad Hasmonaeos usq; non ha-  
buerunt. 32. 57. ab Antiocho pri-  
mum Judæis concessum. 77.
- Monetā signatā non sunt Judæi usi  
ante Hasmonaeorum tempora 42.
- Monetam aliquam sacram fuisse,  
Assyriacis s. sacrī literis signa-  
tam segmentum est. 60.
- Monetaria veteris rei rudes sunt  
Judæi. 93. 94. 97
- Morinus notatus. 86. 91.
- Moyse non fuit Rex Istrēitarum,  
sed quasi Pro Rex 217. Ec. 119. 139.
- Moyssis imagine insignitus nummus,  
adulterinus. 38.
- facies non fuit atra, AEthiopis  
instar. 39.
- p̄t aliis prophetis prærogativa.  
184.
- temporeque forma regimini in  
Rep. Ebr. 132. 136. 137. 138.
- N.
- Nisan mensis anni sacri ap. Ebr. ini-  
tium. 170.
- mensē arare & metere soliti  
Istrēitae. 177.
- de Nomismate census. 33.
- Nummi ANTONII ULRICI D. B.  
& L. 9. 10. 37. conf. 63.
- FERDINANDI ALBERTI,  
D. B. & L. 57.
- Carthaginenses punicis chara-  
cteribus. 6. 7. 8. dubitat Hottin-  
gerus. 12. sententiam suam con-  
firmat Autor. 16. 17.
- Carthaginenses equinum caput  
exhibent. 16. 20.
- Ebræorum, qui Sicili dicili, suere  
argentei. 8. confirmatur hoc à  
21. ad 28. obj. Hottingeri. 13.
- solvitur. 26.
- bominis imaginem referentes,  
sunt adulterini. 8. confirmatur  
sententia 29. &c. obj. Hottinger-  
i 13. refutatur. 35.
- Ebraicis nostris characteribus  
ornati, non sunt multum vetusti.  
8. 59. Ec. etate Hasmonaeorum  
& Herodium usq;. 77. Ec. ima-  
ginem Moysi, Salomonis, Sal-  
uatoris referentes, non sunt ge-  
nuini.

INDEX R E R V M.

nuini.	8.13.37. &c.	kumana imagine ab aliis signatis, usi sunt Iudei.	83.
Affyriorum, Babyloniorum Medicorum & Persarum veterum nulli supersunt.	80.	de Nummis Sequanorunt, ut putat Cheffetiis, judicium.	17.18.
Grecorum vetusissimi non attinunt bellū Peloponnesiacum. ibid.		Nummos literis Samaritanis insigntos captivitate Babylonica non sunt antiquiores, 8. 69. &c. eorum antiquitas qualis creditur.	
Romanorum antiquissimi Servio Tullio Rege sunt cusi.	ibid	71. quare. 73. resellitur. ibid.	
Nummi Ebreorum argentei & aerei superstites debentur Hasmonais.	23.	Hottingeri responsio. 14. ad rem non facit.	72.
Ebræorum singularem elegantiam non habent.	27.	humana figura signare nefas habbitum ap. Iudaos tempore Hasmonaeorum. 31. non tempore Salomonis.	42.
Supposititiis in Italia frequenter conficiuntur.	45.	aureos & argenteos ponderabant olim Iudei.	55.56.
Rhodii non fuerunt Iudea prodictionis autoramentum.	46.47.	Samaritanis literis signatos, qui viderint.	70.
signati non ponderantur, nisi qui sunt alterius Reipubl.	55.	Nummus G. Calixti.	7.93.
admodum sero signati.	58.	J. Matthesii.	63.
non fuere appensi Iudea proditori.	58.	Mesterneckii.	10.
cum Samaritanarum literarum inscriptione Iudeorum sunt, non Samaritanorum.	70.	Hetruscus, 8. de eo judicium Hottingeri. 12. & Authoris. 18. Gothicus.	8.12.18.
cudendi potesta primum Iudeis concessa ab Antiocho.	77.	aureus in paludibus Fristia repertus.	18.
consulares Rom, Quirinum, A. Marcium, Tatium Sabinum exhibent.	80.	aureus sicli ponderè adulterinus.	27.
Nummis aereis scilicet nomen non fuit inscriptum.	31.	Mardochai 45. 63. filius. 46.64. Gracu cum imagine Herodiu 45.	

areus

INDEX RERVM.

arcus in tege $\alpha\chi\mu\Theta$ .	21.	quamam in illo figura.	22.	quareum	69.
Nummum Samiritanis Charakteri bus ornatum Simeoni Hesmonao				quinetum	77.
primus omnium tribuit Kirche- rus. 71. in Germania, Hottinge- rus. 3. 15. & Autor. 5. 8. Ebraicu- literu signatur non esse genui- num.	7.			sexuum	95.
Samaritanâ scripturâ esse gemi- num.	5.			C. Patinus laudatus.	10.
O				Pbarisai regie monarchia hostes acerrimi.	164.
Occasio hujus scripti.	1. 2. 3.			cum Paschati festo messem frumen- ti autumno satis cœpisse in Pale- stina, probatur.	173. 174.
Obtestatio Autoris ad Lectores.	4.			Preces quare ad Sanctorum sepul- chra à multis jam olim fusæ sint.	
Oligarchia quid.	100.				105.
Oliva ramulus rogiæ signum in si- elis argenteis.	68.			Pentecoste quare festum mesis di- Eum.	176. 177.
Opiniones praconcepta quid pos- sint.	76.			in Pentecostis festū mesis initio ap. Ebr. anno nullus rejicitur. 172. 173.	
Ostrogothi occupata Italia Romanos sibi characteres adseverunt. 18.				Philadelpia Autoris.	4.
P				Pilatus Samaritanus forrè literu in titulo crucis est usus.	53.
Parvætate quæ.	145. 146.			Pileatum caput in quadrante erit gravis.	80.
Paradoxa sex de Nummis Ebr. 4. recensentur. 8. de iis judicium				Pingendars quarenus Philoni lau- data.	29.
Hottingeri.	13. 14. 15.			Privilegia in Rep. Eb. à Deo ipso concessa.	115.
Paradoxon tertium & quintum pla- ne novum.	3.			Pœnorum capitalium genera ap.	
primum confirmatur. 21. &c.				Iudeos quæ.	113.
secundum	28. &c.			Pœnorum veserū quæ fuerint lite- rari elementa non satis constare potas Hottingerus 12. Reinesius.	
tertium	59. &c.			17. concursum ostenditur. 17. 20.	
			Cs		1ano.

I N D E X R E R V M

P <small>ANORUM</small>	V <small>EETERUM</small>	L <small>ITERAS</small>	E <small>ASDEM</small>	R
cum Samaritanus credit esse Sac-				Ramus Amygdaliferus, V. Amyg-
liger. 12. neque sunt omnino dis-				dalisferus.
similes, neque ramen idem, immo				Rabbini V. Talmudici.
nonnulla affiniores Assyriis. 17.				Rex Indorum fuit ipse Deus. 110.
Ponderatio nummorum, non nume-				Reges impropriè dicti Moses & Is-
ratio elius Iudaicis in usu. 55. 56.				dices. 139.
ut obtinuerit non fuit nummus				Reges & viros suos fuisse judices Ebr.
signatus, 55.				140. & reges Lacedemoniorum. 145.
de nummis signatis non institu-				Reges absoluti soli Deo peccant. 148.
itur, nisi sint alterius Reip. 55.				149. 150.
Ponderatio in templis affermata.			99	Reges Ebr. an & quatenus habue-
Potestas summa ap. quos sit in Rep.			109.	rint legum ferendarum potestas-
in quo consistat. 111. 152. in				tem. 152.
Rep. Ebr. fuisse penes Deum ipsum.			111. 116. 132.	Reges Ebr. habuerunt bellum gerendum
Politia quid Arist. 110.				potestasem. 153.
Fortius templi quare in nummis.				pro arbitrio Magistratus & judi-
Ebr. 138.				cia consituunt. 153.
Poculum quare in nummis. Ebr. 58.				quaratione olim ad eam dignio-
Populi distinctio s. divisio utilis.			117. b.	tatem evenisti. 157. 158.
				olim vapulationi fuisse obnoxios
				figmentum Rabbinicum est. 163.
				164.
Q				Regis electionem Iudeis absolute
Quadrans sicli vix reperitur. 21.				mandatum esse, qui credant.
VVaser est effictus. 92.				141. hypotheticum mandatum
Quadrans ariv gravis resert caput				fuisse offenditur. 142.
pileatum & quare. 80.				Regibus Ebr. non fuisse fas, judica-
Quirinus in Rom. nummis consula-			50.	re. Rabbinicum figmentum,
ribus. 50.				qua refutatur. 154. 155.
				Regia

- Regia potestas qua secundum A-  
rist. 109.
- De Regio jure ap. Samuel. 143. 144.  
148. ejus exemplum. 149. 150.  
156. ejus denuo sic mensio  
z. Sam. X. 151.
- Regium ius coram Deo fuisse reposi-  
sum. 151. non omnibus conve-  
nit. 144.
- quod Regum cadavera regis Ebr.  
sepultura non fuerint illata; facta  
quodam contigit. 165.
- Regnum κράτος qualem. 145. 148.  
Ebraeorum non fuit κράτος 147.  
148 objectiōnis responderetur 156.  
sed fuit despoticum 146. 149.  
150. Israēlitū sic volentibus. 148.
- Regnum quam varia species jux-  
ta Arist. 144. 145.
- Rēpublicam, qua considunt,  
quid sicutare. 151.
- Respublica omnes à Deo, sed alio mo-  
do, quam Ebr. gubernantur. 111.
- Republ. quos forma juxta A-  
rist. 109. illarum nulla convenit  
Reip. Ebr. ante Reges. 132. 133.
- Romani quando primum nummos  
signaverint. 58. 80.
- Romanū characteribus devictā Alte-  
lia usi sunt Ostrogothi. 18.
- Rhōdy myrrini iuda in proditionis  
Cc 2
- auteramentum non dati. 46. 47.
- S
- Samaritanis characteribus insinuitū  
nummum Simeoni Hasmonaeo o-  
mnium primus tribuie Atho  
Kircherius 71. in Germania Hot-  
tingerus. 3. 72.
- an Samaritanis literū, an verū Assy-  
riū S. codex primum si conscrip-  
tus, const: oversiā non est magnū  
momenti. 3. 50.
- Samaritanis literū ornatos num-  
mos captivitate Babylonica esse  
antiquiores ostendi non potest. 8.  
69. &c. quanquam centrum  
plurimi crediderint 71. & qua-  
re. 73. reselluntur ibid. imo afa-  
serium falsitatis convincitur.  
79. objectio Hottingeri. 14. ad  
rem non facit. 72.
- Samaritanus fore literū Pilatus in  
titulo crucis usus. 51. 53.
- literū notati nummi, à quibus  
visi. 70. illi non à Samaritanis sed  
Judeis confecti 70. & quidem  
Hasmonaeorum & Herodum a-  
tate. 77. &c. non semper proba-  
note. 5. 7. 14.
- Samaritanana scriptura olim Ebraea  
dicta. 51. 53.
- Samaritanos characteres suisse in  
usū

I N D E X R E R V M

- |   |   |
|---|---|
| usu vulgaris ap. Ebr. 5. 8. ante<br>Ezram. 47. &c. 51. conf. 60. neg.<br>abillo esse rejectos 53. & soli<br>Samaritanis relitto. 73.  | Sacrificia ex parte in locum pena-<br>rum civilium à Deo Ebr. impe-<br>rata. 114.   |
| Salomonem in boum & leonum con-<br>fessione peccasse contra legem<br>divinam, opinio est Iosephi. 30.<br>quare refutari. 31.  | Salomonis effigiem referens num-<br>mus probatur Horingero. 39. 40.<br>ab Herode in gratiam M. Anto-<br>nij percussus creditur Villalp.<br>& Ursino. 40. quod non videtur<br>44. fictitiu[m] interim recte Capelo-<br>lo andic. At. id quod ostenditur<br>42. 43. conf. 61. |
| Sabbatice anni initium fuit men-<br>sis Tisri. 171. 172. 180. argumen-<br>ta contraria refelluntur. 178.  | Sanctorum sepulchra quare in tam-<br>so honore. 205.  |
| Sabbaricus anna non fuit ille, quo<br>occupata est Palastina, sed ab illo<br>septimus. 171.   | de Sequanorum nummis iudicium. 37. 18.  |
| Sacerdos à Syris 4. Zulzis. s. denarius<br>Rom. definitur 13. non solum<br>monetam, sed pondus etiam si-<br>gnificat. 26.   | Seldenus notatur. 34.   |
| EZ. Spanheimius laudatus. 45.   | ad Sepulchra Sanctorum quare o-<br>lim preces fusa. 185.  |
| Sacerdotale iudicium non tantum<br>S. Sacerdotis. 127. de quibus con-<br>fultum. 126. non fuit planè infal-<br>libile. 126. sed secundum quid.<br>127. Synedrio foris originem ac-<br>dit. 128. post occupatam Palasi-<br>nam demum obtinuit. ibid. non<br>fuit Moses LXX virale. ibid. qua<br>inter hoc & illud à Iosaphas im-<br>fissum, discrepancia. 130. | Septuaginta interpres quibus ex-<br>emplaribus in vertendis Bibliis<br>usi. 160. didecimus quare pro Siclo<br>ponant. ibid.   |
|   | Septuaginta virala collegium à Mo-<br>se institutum. 119. quo fine. 122.<br>quiam constituerunt. 123. non<br>fuit Synedrium. 122. &c.   |
|   | Serendi tempus pro cali & terra,<br>semi-   |

## INDEX

seminum item differentia vari-  
 um. 175.  
 ap. Israëlitas autunmale 175.  
 177. & vercale. 177.  
 Debickardus notatus. 142. 147.  
 Simeonis Hasmonai nummi variis  
 producuntur. 83. 84. 85. 86. &  
 seqq.  
 Spiculafrumentis, quare in nummis  
 Ebr. 88.  
 Siclietiam Samaritanis literis si-  
 gnata non semper sunt proba no-  
 ta. 5. 7. 14.  
 vox proprie significat pondus tu-  
 teadegymnos. 23.  
 nomen solù debetur argenteis re-  
 stradrachmis. 5. 7. confirmatur  
 hoc. 22. 23. 24.  
 nomine non venit olim Ebrius  
 nummus nisi argenteus. 8. confir-  
 matur sententia ad 21. ad 28. obje-  
 cto Hötingeri. 13. solvitur. 26.  
 Siclienus non fuis duplex: sacrum  
 & profanum. 8. quatenus con-  
 sentiat Hötingerus. 25. 98. qui  
 contrarium statuunt, quid cre-  
 dant. 98. quomodo sententia pro-  
 bant 97. refelluntur. ad 98. ad 102.  
 triens & quadrans vix reperi-  
 untur. 21. nomen arcis nummu  
 non iuscriptum. 21.

## PERVM

Sicli superstites debentur Hasmo-  
 neis. 23. 81.  
 Assyriach literis signata, post gew-  
 tus Iud. excidiū sunt confecti. 67.  
 201. templi secundi, quare refe-  
 rantur urnam manna & ramum a-  
 mygdaliferum. 81. 82.  
 quis Ierusalembabent in scriptū,  
 non sunt veterissiores ius, qui ba-  
 bens vocem Ierusalajim. 90.  
 genuina, quare Samaritanum  
 λαθφ super urnam manna habe-  
 aut. 90. 91. 94.  
 in Siclis genuinū est urna manue,  
 non librribulum. 67.  
 Siclorum aurorum, quando in sa-  
 cris sit mentio. 13. quomodo in-  
 telligendū. 20.  
 Siclos argenteos duos constatos esse  
 in aureum, quomodo intelligen-  
 dum. 27.  
 Siclos, non nummos Rhodios Iudas  
 in prodicitionis autoramentum ac-  
 cepit. 46. 47.  
 Siclorum genuinorum natale tem-  
 pus. 89. 90.  
 Siclos, qui non unius ponderis, sed  
 alios restradrachmos, alios di-  
 drachmos statuunt, quomodo  
 sententiam probant. 97. que sic  
 men refelluntur. 98.  
 Siclos

## INDEX

- Siclus sanctuaris qualis. 98, 99.  
 Sigonius noratus. 113.  
 Schorrim qui ap. Ebraos. 123.  
 Supercedum ap. Iudaos in usq. 113.  
 Suffetes, qui olim & ap. quos. 131.  
 Synedrium quando institutum cre-  
 ditur 120. que Rabbinorum deco-  
 sententia, ibid. & 129. qualia ejus  
 possent quia iuxta Rabbinorum sen-  
 tentiam 129. qua tamen fabu-  
 losa 361. non potest nobis de coniis  
 ex S. literis constare 121. &  
 seqq. ibi autem nihil de eo reperi-  
 eatur 160. neque ap. Iosephum quic-  
 quam ibid. 162, 163. probari non  
 posset ex Num. XI. 121, 122. nec  
 ex Deut. XVII. 125, 126. & seqq.  
 occasionem ferre ex sacerdotali  
 iudicio sumpsit 128. in quibus  
 conveniat cum iudicio à Iosa-  
 phate instituto. 130. quando pri-  
 mum orrum videatur, 129. 161.  
 162.  
 Syr in re nummaria veterum bo-  
 spes. 13.  
 despotice gubernati. 146.

## T

- Tatius Sabinus in Rom. nummis

- R E R - V M
- consularibus. 80.  
 Tabula Engubina conficta. 18.  
 de Thalmudis conselione. 54.  
 Thalmudici in descriptenda Chorun-  
 bim figura vani sunt. 32.  
 Thalmudicorum. fides minor Iose-  
 phi, 34. eorum sententia de syna-  
 dro fabulosa. 161, 162.  
 Thalmudica traditione, quanta  
 sint autoritatis & querentes ius  
 fidendum. 48, 121, 164, 165, 171.  
 Templo porticus. quare innummū.  
 88.  
 Testimonium Parrum quatenus re-  
 cipientum 98.  
 Georgita fuit Ebr. Resp. sub Moše  
 & Iudicib. 133, 149.  
 Triens sicili vix reperitur. 21. VVa-  
 seri est confictus. 92.  
 Tyri mensis primus anni crucis  
 ap. Iudaos. 170.  
 Tribus X. libertatem promissam &  
 oblatam repudiarunt. 76.  
 Tribubus X. Israëlis appellatio post  
 captivitatem non solis competit  
 sed suis communis cum exercitis  
 Iudeis. 75.  
 Thuribulam in adulterinis Sielis  
 conficitur. 67.  
 Tyrannus que secundum Arist. 380.  
 Fina

## INDEX R E R V M.

V

VTRA MANNA von thuribulum ins-  
clic bona nota. 67. forte ex Ba-  
bylone redit. 81. quare in scilicet  
templo secundi. 82. olim propè  
arcam assertata ibid.

Versiones Bibliorum. V. Bibliorum  
&c.

Virga Aaronis V. Amygdalifera  
virga.

Villalpandanus notatur. 83. 86. 87. 91.  
I.G. Yofissu landatus. 35.

W

Wascrus notatur. 92.

Waltonus notatur. 94. 95.

Wasmuthus notatur. 3. 49. 50.

## F I N I S.

## Admonitio.

Cum per incuriam Typographi numerus pag. 116. 117.  
bis sit positus; posterior cum litera b. in indicibus notatur.  
quod monendum fuit.



## Errata ita emendanda.


Pag. 2. lin. 24. præproperè. p. 6. l. 13. suo. p. 7. l. 14. opusculo.  
p. 13. l. 12. pro legē. l. p. 14. l. 16. ostendi. p. 15. l. 32. Hisce p. 16.  
l. 29. uniu. meorum alteri planè. p. 24. l. 27. pro lege. l. p. 26. l. 4.  
l. Chron. c. 21. v. 25. p. 32. l. 19. reducam. l. 25. pro hominis. leg.  
signatioia. lin. 26. pro in leg. hominis. p. 40. l. 30. confici. p. 43. l. 1.  
passus. p. 45. l. 19. hic. p. 47. l. 32. cum. p. 5. o. l. 27. anathematisimis.  
p. 53. l. 23. Matth. v. vers. p. 55. l. 29. quadringentos. l. 30. mer-  
catores. p. 56. l. 11. vers. l. 19. vers. l. 20. vers. p. 61. l. 27. sup. osi-  
titium. l. 29. confictum. p. 71. l. 6. argumenti. p. 78. l. 21. facta re-  
ognitione. p. 84. l. 29. pro שְׁמָן leg. שְׁמָן שְׁמָן leg. l. 31. יְהוּנָה. p. 85.  
l. 4. pro יְשָׁרֶת leg. יְשָׁרֶת. ibid. pro יְהֹוָה leg. l. 16. quarto l. 27.  
pro יְהֹוָה leg. שְׁמָן. עַת שְׁמָן l. 30. pro לְחִדְרוֹת leg. לְחִדְרוֹת. p. 86. l. 15.  
pro leg. v. p. 87. l. 11. vindicationis Isr. jejunio. p. 89. l. 7. pro leg. v.  
p. 101. l. 9. firmis. l. 17. et si ponasnum: p. 105. l. 30. alligari. p. 11.  
l. 20. foederis. l. 21. foederis. l. 22. foederis. p. 114. l. 28. mitigare  
p. 117. l. 3. Jud. l. 22. v. 5. p. 116. b. l. 7. ac. l. 29. saceri. p. 12.  
l. 20. concessum. p. 138. l. 17. εἰς κύρην l. 24. constitutos p. 141. l. 22.  
sive Thalmudis sive. p. 142. l. 22. ταῦτα σίγουρα, τοῦ. p. 143. l. 5.  
negligere. p. 146. l. 33. criminis. p. 158. l. 25. 11. Reg. v. p. 100. l. 23.  
Hircano: huic. pag. 177. lio. 14. t. Reg.

:)( pag. 2. b. l. 19. Avi inusit. ):( ):( )( pag. 1. 2. l. 17. κατ'  
ἰξωχῶ b.l.20. fuerunt alii. ):( ):( )( pag.1.2. l.1. ipse ille Exerc.  
):( ):( )( )( pag.1. 2. l. 2. οὐς quam frē. pag. 3. 2. l. 7. quz  
illos pag.4.2. l.5. nego.

2

2·6·447

**Volume restaurato presso il Laboratorio di Restauro della  
Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze**



segnalatura 2.6.447

vol. n°

restaurato nell'anno 2012

smontaggio	totale	supporti	linguette di pelle allumata
spolveratura	manuale	cucitura	a punto pieno avvolgente
fissaggio		indorsatura	carta giapponese e cotone
lavaggio	in acqua deionizzata	capitelli	lino
deacidificazione	idrossido di calcio	quadranti	senza
rinsaldo	a pennello con tylose mh 300p	ancoraggio	infilato
rattoppo	carta giapponese e Tylose mh 300	lacci/fermagli	lacci
velatura		coperta	pergamena floscia
imbrachettatura	carta giapponese e tylose mh 3	segnalatura e titolo	manoscritto
indirizzo di guardia	pescia 2	C	dorso
			staccato

precedente/originale in

custodia

